O anima non dubites/ſi ambo ſunt offenſi/ambo ſunt clementes/ambo pijſſimi Confugiat ergo reus offenſo filio/ad piam matrem refugiat reus offenſa matre ad benignum filium/et dicat/deus qui factus es filius femine propter miſericordiam/femina que facta es mater dei ꝓpter miſericordiam/aut miſeramini michi impie peccatrici/aut oſtendite magis miſericordem/ad quem ego miſera confugere valeam Hec ancelmus

Adhuc anima multum profunde ſcrutatur peccā ſua dicēs

O homo ꝙ̄ ſanum eſt conſilium tuum/ꝙ̄ conſolatorium eſt michi miſere verbum tuum/quia quando peccatum meum recte aſpicio/tunc inuenio et agnoſco/ꝙ elementa ꝑ peccata mea pollui/celos inquinaui/aſtra celi obfuſcaui/dampnatos in inferno cruciaui/ſanctos in celo ꝑturbaui/angelos m̄ ad cuſtodiam deputatos irreuerenter ꝑtractaui/ Unde ab omnibus hijs auxilium petere pertimeſco/⁊ quia iuſti michi iuſte indignati ſunt/ad ipſos confugere non p̄ſumo

Homo hortatur animam ne de venia deſperet ſed per ſanctorum exempla qui eciam hic peccauerunt ſe in deo confortet dicens

O anima nimia eſt tua trepidatio/quāuis placida apud deum ſit tua humiliacio/An ignoras ꝙ multi de ſanctis peccauerunt/qui qualiter nobis peccantibus miſereri debeant/in ſuis magnis peccatis didicerunt/ Cogita moyſen prophetam eximium de diuina potēcia deſpātem Cogita dauid ſanctiſſimum regem/contra diuinam legem adulterio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 B 39

et homicidio peccantem/ Agnoſce ſalomone ſapientiſſimū
ydola vana et peſſima adorantem/ Cognoſce manaſſen re
gem antiquiſſimum / qui plus q̄ omnes reges iſrahel pecca
uerat / qui dicebat peccaui ſuper numerum harene maris /
et non ſum dignus videre altitudinem celi pre multitudine
iniquitatis mee / hos omnes cogita veniam impetrantes.
Et quid plura de ſanctis veteris teſtamenti / Cogita nunc
et aduerte eciam aliquos de ſanctis noui teſtamenti / vide
matheum ſedentem ad theloneum peccatorem / et publica
num / et aſſumptum in diſcipulum / vide paulum lapidantē
ſtephanum et electum in apoſtolum Uide petrum criſtū
abnegantem / et mox veniam impetrantem / Uide militē
criſtum crucifigentem/ et tamen de diuina miſericordia pre
ſumentem / Uide et latronem in cruce pendentem et veniā
impetrantem / poſtremo cogita o anima mea q illa famoſa
peccatrix maria magdalena / facta eſt tam ſpecialis et tam
ſingularis criſti amatrix/ Omnes enim quot quot modo cū
deo regnant vel olim ſicut nos peccauerunt / vel ſaltem pec-
caſſe potuiſſent / ſi eos diuina clemencia a peccato non reb-
uaſſet/quia cuicūqz donatum eſt vt peccare penitus non po
tuit / non eſt hoc nature humane / ſed celeſtis gracie
Anima Iam nunc ſecure prophetas et reges implo-
ro / iam audacter apoſtolos et martires inuocabo / confeſ-
ſores quoqz et virgines ac viduas et omnes ſanctos conſtā
ter interpello / Sed tamen p̄ omnibus hijs ſacratiſſimam
dei genitricem virginem mariam confidencius adorans in-
uocabo / Scio enim q tam dulcis / tam pia et ſuauis eſt ma
ria / q nec nominari poteſt quin attendat / nec cogitari quin
recreet affectum diligencium ſe / Hec eſt enim illa / que
omnibus ſalutem impetrauit / et tocius mundi reparatio-
nem obtinuit Hec bernardus vnde et Ancelmus
O femina mirabiliter ſingularis et ſingulariter mirabilis /
per quā elementa renouātur / infirmi medicantur / homines

ſaluantur / et angeli reintegrãtur / O femina plena gracia / de cuius plenitudinis habundancia / reſperſa reuiuiſcit õ- nis creatura

Anima tot ſanctis ammonicionibus confortata non ſolum ſanctos inuocat verum eciam clementiſſimam dei genitricẽ deuote implorat cum beato Bernardo ita dicens

O benedicta inuentrix gracie / genitrix vite / mater ſalutis / per te acceſſum habemus / ad benedictum filium tuum ihe ſum criſtum dñm noſtrum / vt per te ſuſcipiat nos / qui per te datus eſt nobis / Excuſet apud ipſum integritas tua culpã noſtre corrupcionis / et humilitas tua deo grata noſtre ve- niam impetret vanitati / Copioſa caritas tua / noſtrorũ co operiat multitudinem pccõrum / et fecunditas tua glorioſa fecunditatem nobis cõferat meritorum / O domina noſtra mediatrix noſtra / aduocata noſtra / tuo filio nos reconſilia / tuo filio nos repreſenta / tuo filio nos recommenda / Fac o btã ꝑ graciam quã inueniſti / ꝑ prerogatiuã quã meruiſti / ꝑ miſericordiam quam peperiſti / vt qui te mediante fieri dig natus eſt ꝑticeps miſerie et infirmitatis noſtre / te quoqꝫ in- tercedente / participes nos faciat glorie / et beatitudinis ſue ihesus criſtus filius dominus noſter qui eſt ſupꝛ omnia de⁹ benedictus iu ſecula ſeculorum amen

Explicit radius ſecunde contemplationis ſequitur tercius videlicet qualiter et ꝙ miſericorditer anima per graciã criſ- ti ſit reformata Homo

Iam nunc vt eſtimo o anima aliqualiter meritorie cõuertiſti radiũ cõtemplacionis ad videndũ quali ter formata ſis ꝑ naturam / ⁊ qũo deformata per cul pam / converte nunc radium tuum iam vt ſpero ꝑ contricio nem depurata / ad intuendum qualiter ſis reformata per

graciam Scire tamen debes ꝙ quāto perfectius per cotri-
cionis lauachrum caligo mentis detergitur/ tanto lucidius
diuine repationis beneficium ſpeculatur Peccatum enim
ſcdm auguſtinum eſt tenebra qua intellectus obtūditur / et
totus interior homo obtenebratur Unde neceſſe eſt / vt tā
to ſolicitius mentales oculi a peccati tenebris per compunc
tionis lacrimas expurgētur/ quanto amplius per hanc con-
templacionis radij obtenebrantur

Recitatur hic anime quanta mala per peccatum originale
incurrit de quibus tamen omnibus criſtus per ſacratiſſimā
ſuam paſſionem eam miſericorditer liberauit

Jam igitur o anima in affectionibus tuis ſerenata dirige
contemplationis radium ad intuendum / ꝙ̄ profūda dei cle
mencia ⁊ ꝙ̄ alta ſapiencia/ ꝙ̄qꝫ mira potencia / ſis per gra-
ciam reformata / primo conſidera qualiter per beneficium
redemptiōis te a peccato originali liberauit An ignoratur
ꝙ per peccatum originale eras bonis ſpiritualibus et gratu
itis ſpoliata/ in naturalibus vulnerata / poteſtati principis
ſubiugata / a patria tua expulſa et exterminata Sed ſcdm
bernardū ſingularis illa maieſtas mori voluit vt viuerem⁹
ſeruire vt regnaremus / exulare vt repatriaremus / et ad vi-
liſſima opera inclinatus eſt/ vt nos conſtitueret ſup omnia o
pera ſua/ venit enim filius querere et ſaluum facere quod pe
riereat / venit inꝙ̄ humilis vt te ſuperbum humiliaret/ Un̄
gregorius Ad hoc vnigenitus dei filius formam infirmita
tis noſtre ſuſcepit / ad hoc non ſolum viſibilis ſed eciam de-
ſpicabilis apparuit / ad hoc contumeliarum ludibria / illu-
ſionum probra / paſſionum tormenta tolerauit / vt ſuperbū
non debere eſſe hominem doceret humilis deus / Unde et
auguſtinus Omnia bona terrena contempſit deus / vt con-
tempnenda demonſtraret / et omnia terrena ſuſtinuit mala

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 B 39

vt ſuſtinenda doceret / vt neqꝫ in illis quereretur felicitas / neqꝫ in iſtis timeretur aduerſitas

Hic docetur qualiter filius nos patri reconſiliauit

Venit ſecundo vt te patri reconſiliaret Unde auguſtinus in perſona filij Cum inimicus eſſes patri ego reconſiliaui te Cum longe eſſes veni vt redimerem te Cum inter mon tes et ſiluas errares q̄ſiui te Inter lapides et ligna inueni te / in humeris te portaui / te patri meo reddidi / laboraui / ſudaui / caput meum ſpinis expoſui / manus meas clauis ob ieci / lancea latus meum aperire permiſi / et ſanguinem meū pro te fudi / Tot et alia que non dicam pro te paſſus ſum / in iurijs et aſperitatibus laceratus ſum pro te / ſed heu ꝑ pec-catum tuum te diuidis a me

Sequitur quomodo criſtus nos venditos per precioſam mortem ſuam recuperauit

Venit tercio vt venditum recuperaret Unde auguſtinus admiremur / gratulemur / amemus / laudemus / adoremꝰ / qm̄ per redemptoris noſtri mortem / de morte ad vitam / de te-nebris ad lucem / de exilio ad patriā / de corruptione ad in-corruptionem / de miſeria / ad gloriam / de luctu ad gaudium vocati ſumus Item gregorius nazanzenꝰ O mira et in audita permixtio / qui creator eſt fit creatura / qui immenſus eſt capitur / qui diues eſt inops et pauper efficitur / Suſce-pit ymaginē carnis mee / vt ymaginē quā fecerat reꝑaret / vt carnem mortalem immortalitate dotaret Hec ille Exꝑgiſ cere nunc o anima mea / et reſpice in faciem criſti tui / vide faciem illam quondam ſplendore illuminoſā ꝓpter te vela-tā ꝯtra claritatē / decore ſpēoſā inflatā ꝯtra ſpēoſitatē / dulco re gracioſā conſputā contra gracioſitatem / Amore deſide-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 B 39

rabilem abhominabilem contra deſiderabilitatem. Uide o anima mea et diligenter conſidera mira et inaudita ꝓdigia / que fecit dominus ſuper terram / Deus illuditur vt tu honoreris / innocens flagellatur vt tu conſoleris / iuſtus crucifigitur vt libereris / agnus immaculatus occiditur vt epuleris / ſanguis et aqua de latere lanceati emittūtur vt poteris / Reſpice ergo ad precium redemptionis / placans offenſam preuaricationis Inſpice exemplum informationis preſtans āminiculum ſanctificacionis Aſpice auxilium ꝓtectionis / reſerans ianuam incarnationis / Suſcipe premium retributionis / conferens graciam iuſtificationis

Oſtenduntur hic cuilibet anime delicate viuenti opprobria paſſionis criſti tanꝗ̄ exemplar ac ſpeculum ad ymitandū

Aſpice o anima delicata / cōtemplando aſſidue / et fac ymitando perfecte ſcd̄m exemplar conſummate iuſticie / qđ tibi in monte monſtratū eſt / hoc eſt in criſti victorioſiſſima paſſione An nō conſideras ꝙ delicijs corꝑalibꝰ eſtuas / et criſtus dominus tuus / rex tuus / ſponſus tuus / magiſter / ⁊ amicus tuus / affligitur omni genere penarum / in omni ꝑte ſenſuum / ab omni ꝑte hominum Rex illuſit / preſes iudicauit / diſcipulus vendidit / apoſtoli reliquerunt / pontifices ſcribe et phariſei tradiderunt / gentiles flagellauerunt / ac turbe cōdēpnauerunt / milites crucifixerunt / Unde et Bernardus Caput illud angelicis tremendū ſpiritibus / denſitate ſpinarum pūgitur / facies illa p̄ filijs hominum ſpecioſa ſputis iudeorum deturpatur / Oculi lucidiores ſole caligabant in morte Aures q̄ audiunt in celo angelicos cantꝰ audiunt in terra peccatorum inſultus Os qđ angelos docet felle et aceto potatur / Pedes quorum ſcabellū adoratur quia ſanctum eſt / cruci clauo affiguntur / Manus que formauerunt celos / ſunt in cruce extenſe et clauis affixe / Cor-

pus verberatur/latus lancea pforatur/ Et quid plura nō remanſit in eo aliquid liberum/niſi ſola lingua vt ꝓ pecca toribus exoraret/et matrem diſcipulo cōmendaret Hec bnardus O fidelis anima ſaluator noſter/nullis aduerſanci um hoſtium temptamētis potuit a noſtre ſalutis cura reuo cari/ Sed quo magis nobis eius oſtenditur dilectionis e mulatio/eo grauius nos ſi hanc ſpnimus ſequetur dampna tio/

Hic beneficia ſui re demptoris anima cognoſcit vnde et cū magna deuotion e reſpondet dicens Anima

O homo iam diu tacui quia que propoſuiſti cum gaudio pi ter et luctu deuota mente audiui Gaudens igitur gaudebo in dn̄o/quia me tantū dilexit/vt vnigenito filio ſuo ꝓpter me non pepcit/ O ineſtimabilis dilectio caritatis/vt ancil lam/ymmo nec nomine ancille dignam redimeres/filiū tra didiſti O dn̄e ihesu criſte qui ꝓpter me tibi non pepciſti/ Cor meum tuis vulneribus ita ſaucia/et mentem meā tuo ſanguine ita inebria/vt quocūqꝫ me vertā ſemp te videam crucifixum/et quicquid inſpexero/michi appareat tuo ſan guine rubricatum/vt ſic totus in te tendens/nil valeam p̄ ter te inuenire/nil niſi tua vulnera intueri/hec m̄ ſit conſo lacio tecū mi domine crucifigi/hec michi ſit intima afflictio aliquid preter te meditari

Homo hortatur animam agnoſcere que et quanta criſtus pro ea ſuſtinuit ne de eius beneficijs ingrata ſit dicens Ho

O anima ſicut dicit hugo de ſancto victore nl'la dilectio ma ior/nulla caritas ſincerior/nullus amor fortior/mortuus eſt pro me innocens/nichil in me quod amaret inueniens/ Sꝫ heu quociens hanc mirā circa nos diuine pietatis dignatio nem aduerto/de nimia ingratitudine mea/non modicum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 B 39

confundoꝛ et erubeſco O anima mea dereliquiſti ſponſū tu
um/et cum alienis proſtituiſti amoꝛem tuum Corrupiſti in
tegritatem tuam/fedaſti pulchritudinem tuã/ diſperſiſti oꝛ
namentum tuum Oblita es ſponſi tui/et ꝓ tantis benefici-
is condignas grates non egiſti/quia vt releuaret te illuc vn-
de cecideras/ipſe deſcendere dignatus eſt huc/vbi iacebas
Et vt tibi iuſte redderetur qđ ꝑdideras/ipſe dignatus eſt
pie pati qđ tolerabas/Cogita ergo q̃tū diligat te/qui non
niſi moriendo pro te voluit liberare te Hec hugo Vnde ani-
ma mea/q̃to beneficia tui redemptoꝛis cognoſcis dignio-
ra/tanto peccata ingratitudinis ſunt deterioꝛa/vide ergo
ne ſis ingrata/cui tanta beneficia ſunt collata Magnum
eſt enim peccatum ingratitudinis quia ſcđm bernardū ing̃-
titudo eſt quaſi ventus vrens exſiccans riuulos diuine miſe
ricoꝛdie fontem clemencie et fluenta gracie

¶ Item paſſio criſti anime replicatur et de ingratitudine
eius reprehenditur

Attende ergo o anima mea frequenter volue et reuolue in
mente tua illud hoꝛribile verbum quod contra ingratos ꝓ
fertur in perſona ſaluatoꝛis ſic dicentis O anima humana
vide quanta pro te patioꝛ/ad te clamo qui ꝓ te morioꝛ Vi
de penas quibus afficioꝛ/vide claues quibꝰ confodioꝛ/au-
di improperia quibus confundoꝛ/Sed cū ſit tantus doloꝛ
exterioꝛ/tamen cruciatus interioꝛ eſt grauioꝛ/dum te ing̃-
tã expioꝛ Et alibi bernardus contra ingratos/in ꝑſona criſ
ti inuehit dicẽs/Popule meus quid feci tibi/aut in quo mo
leſtus fui/reſponde michi/quid cauſe eſt q̄ inimico meo ma
gis libet ſeruire/q̃ michi/attende q̄ ego ſum qui creaui te/
Ego omnibus bonis ditaui te/Et ſi hec modica videntur
ingratis/ego precioſiſſimo ſanguine meo redemi te/Eya
anima mea/non recedant hec a coꝛde/non diſcedant ab

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 B 39

ore/ſemꝑ gracias age nūq̄ꝙ ceſſa vnigenitum dei filium pro tantis donis et beneficijs benedicere/ laudare et magnificare/ Sit tibi dilectus pro hijs omnibus aliquando faſcicul⁹ mirre in corde/aliquando iubilus in mente/aliquādo laus in ore et melos in aure ¶ Anima ¶ Jam diucius continere me non valeo/ dic queſo o homo quid pro hijs omnibus retribuam domino meo ¶ Homo ¶ O anima ſicut dicit bernardus totam vitam tuam debes huic non imerito/ qui vitam ſuam pro te poſuit/ et cruciatus diros ſuſtinuit/ ne et tu eternos cruciatus ſuſtineres Quid igitur tibi duꝛ eſſe poterit/cū recordata fueris ꝙ ille ſpecioſus forma dei.f. voluit pro te crucifigi O q̄ꝙ indebita miſeracio/o q̄ꝙ gratuita dignacio/ q̄ꝙ inopinata dilectio/ q̄ꝙ ſtupenda dulcedo/ regem glorie pro d'ſpectiſſimo v'miculo mori/ ymmo et crucifigi O q̄ꝙ dulcis amicus o q̄ꝙ fortis auxiliator/o q̄ꝫ prudens cōſiliator

Anima criſto iam deuota recognoſcit ſe eius beneficia et vnde ſic ait voce gratulabunda ¶ Anima.

O homo fateor et vere cognoſco/ ꝙ ſi eſſent in me omnes vite filiorum adam/ omnes dies ſeculi/ et labores omnium hominum qui ſunt/ fuerunt/et erunt/ nichil eſſet ad compacionem illius/qd ſponſus meus/ et dominus meus pro me ſuſtinuit/qd ꝓ peccatis meis dei filius tolerauit/ Cum ergo donauero ei quicquid ſum/et quicquid poſſum/ nō erit ſicut ſtella ad ſolem/ ſtilla ad flumen/ et ſicut puluis ad mōtem

Explicit radius tercius Sequitur radius quarte contemplacionis que eſt de beneficicio iuſtificationis qualiter per diuinam clemenciam anima a peccato actualiter ſit miſericorditer reuocata et pre multis alijs a deo electa.

¶ Homo ¶

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 B 39

O Anima quia iam conſidero / ꝙ depurato contem
placionis oculo / graciam diuine redemptionis /
qua te a peccato originali ſponſus tuus liberauit
Agnoſcis / nunc tibi qualiter per ipām diuinā miſerationē
a peccato actuali liberata ſis oſtendam Conuerte ergo ra-
dium contemplationis ad beneficium iuſtificacionis / et cō
ſidera domini dei tui grām / ꝙ̃ paterne ꝑ occultam inſpira-
tione̅ te a peccato actuali reuocauit / ꝙ̃ dulciter / et ꝙ̃ amica
biliter tibi loquendo / per interiorem allocutione̅ te vocauit
dicens Reuertē reuertere ſunamitis / id eſt anima per pccm̄
miſera effecta / captiuata / et mortificata / Reuertere ı̄quā ad
me o anima ego creator tuus ſum Reuertere ad me ego re-
demptor tuus ſum Reuertere ego tuus conſolator ſum /
Et ſi hec tibi modica videntur / reuertere vltimo quia ego
ſum tuus liberalis remunerator Reuertere ergo ego ſum q̃
tam nobiliter te creaui Reuertere ego ſum / qui te tam miſe
ricorditer per mortem meam amariſſimam de morte eter-
na liberaui Reuertere ego ſum / qui te bonis ſpiritualibus
et corꝑalibus tam multipliciter ditaui / Reuertere vltimo
o anima ad me ego ſum qui te iam ꝓpreparatam felicitatem
tam liberaliter remuneraui / Reuertere inꝙ̃ o anima a pec
cato cogitacionis / a peccato locucionis / a peccato actionis
a peccato aſſuefactionis Reuertere o aīa ad me quia te ſāc
ti cum magno deſiderio exſpectant Reuertere quia ad tu-
um aduentum angeli exultant Reuertere te enim expectat
tota curia celeſtis Reuertere quia vocat te expanſis in cru
ce manibus ihesus criſtus Reuertere quia tuū reditū preſ-
tolatur / toci⁹ t̄nitatis abiſſus O anima hec fuit vox ſi bene
recolis dilecti te inuitantis in cāticis Aduerte nūc q̃ fuit lō
ganimitas expectātis O ꝙ̃to tp̄e tuū aduentū exſpectauit /
Deu ꝙ̃to tp̄e / te in pccis tolerauit O quot et quātos / an̄ tu-
am cōuerſione̅ in pccis dāpnauit / et te ſemꝑ peccāte̅ miſeri-
corditer expectauit / Reuertere ad huc o aīa / xp̄s in cruce

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 B 39

te exſpectans/ Hēt caput inclinatum ad te peccatricem et i
mundam deoſculandum/habet brachia extenſa ad amplex
andum/manus apertas ad remittendum/corpus exteuſum
ad ſe totum impendendum/pedes affixos ad commanen-
dum/latus patulum ad te in illud intromittendum Eſto
ergo o anima iam columba/nidificās in foraminibus petre
et in cauernis macerie/ꝑuola manus ꝑuola pedes/inuola la
teri/ibi tuta requies/ibi ſecura quies Hec bernardus
Item hugo de ſancto victore

Hic docetur anima priſtinum ſtatum ſuum recoguoſcere
et deum de beneficijs ſibi collatis laudare

Hec ergo o anima ſi digne cogitare poſſes quot ⁊ quales in
tui compatione abiecti ſunt qui tantam graciam conſequi n̄
meruerunt Elegit te et preelegit te ſponſus tuus Elegit te
de omnibus/aſſumpſit ex omnibus/amauit pre omnibus
An ignoras o anima ꝙ̄ feda prius fuiſti/ꝙ̄ polluta et diſſo
luta prius extitiſti Ipſe te lauit lauacro regenerationis pa
uit te cibo dulciſſimi ſui corpis Ipſe tibi dedit veſtimenta
virtutum/quibus nuditatem tuam tegeras/et te adorna-
res Ipſe contulit aromata bonorum operum quibus feto
rem peccati effugares/dedit tibi ſpeculum ſcripture/in quo
faciem tuam agnoſceres Hec hugo/ O anima vidiſti lon-
ganimitatem expectantis Iam nunc conuerte radium con
templacionis ad bonitatem iuſtificantis Cogita diligen
ter vnde tibi poſt hec omnia tam ineſtimabilis gracia/vt e-
ius merearis eſſe ſponſa/in quem deſiderant angeli proſpi-
cere Quid ergo retribues domino pro omnibus/que retri
buit tibi o anima mea Tribuit enim tibi per graciam vt ſis
ſocia mēſe/ſocia regni/ſocia thalami/Vide quibus brachijs
a te ſit amplexandꝰ/quibus labijs deoſculandus/qui te tā-
ti eſtimauit vt te ſuo ſanguine p̄cioſo mundaret/et propter

te ſompnũ mortis exciperet Hec bernardus

Nũc anima vitam ſuam recogitat et miſericordias dei ſibi factas deuote enumerat dicens Anima

Fateor iam et recognoſco experior et intelligo/me multa plura hijs a deo meo recepiſſe Sed pro hijs omnib⁹ nichil dignum beneficijs tantis deo retribuiſſe Qua ꝓpter miſericordias dñi cũ btõ bernardo ineternũ cãtabo Septem eñ miſericordias in me factas cõſidero ꝑ quas ſuam ineſtimabilem pietatẽ euidentiſſime recognoſco Primo ꝙ a mltis peccatis me liberauit et cõſeruauit Scdo ꝙ me peccãtẽ non ſtatim dampnauit/ſed ꝙ me ꝓlongante iniquitatẽ/ipſe ꝓlongauit pietatẽ Tercio quia cor meũ imutauit vt fierent dulcia q̃ prius erant amara Quarto ꝙ me penitentem miſericorditer recepit Quinto ꝙ continendi et emendandi / m̃ virtutẽ p̄ſtitit Sexto ꝙ dedit michi grãm ꝓmerendi Septimo ꝙ michi tribuit ſpẽ obtinendi Nunc igitur rogo dico homo ꝓpter diuinam clemenciam quid dño meo retribuã ꝓ hijs omnib⁹/ne fiam indigna recipiendis / ſi ingrata inuẽta fuero de ꝑceptis/Quid igitur retribuam domino/niſi ꝙ diligam/et grãs agã/confitear/et laudem dicam nomini ſuo eterno et benedicto/qui tam ꝑatus eſt michi dimittere mala/et tam ineſtimabilia conferre bona Gracie eius deputo ꝙ peccata mea quaſi glaciem ſoluit/gracie eius deputo quecumqꝫ mala non feci . et ideo omnia reputo michi dimiſſa/ quecũqꝫ ꝑ me ipſo duce nõ ſunt cõmiſſa Homo O aĩa ſcito ꝙ quicquid tibi dilectus tu⁹ cõtulit/ꝓpter te fecit/quicquid ſuſtinuit totũ in caritate ꝑpetua qua te diligit cõſũmauit Unde ſicut eſtimo/nec melius nec decenci⁹ q̃ per dilectionem retribuitur qḋ ex ſola dilectione cõdonatur

Anima amplius per contemplacionem rapta deuote recol

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 B 39

ligit dei beneficia dicens

Eya mi domine deus ſi hec ita ſe habēt/ qn̄tum ego infelix et miſerea diligere deberem deū meū/qui me creauit/cū nō erā/redemit cū p̱ieram/et de ml'tis p̱iculis me liberauit Quando errabam reduxit me qn̄do ignorabā docuit me/ qn̄ peccabā corripuit me qn̄ cōtriſtabar conſolat⁹ eſt me/qn̄ pene deſp̱abā cōfortauit me/qn̄ ſteti tenuit me qn̄ cecidi erexit me/qn̄ iui duxit me/qn̄ veni benigne ſuſcepit me/hec ꝛ multa alia fecit michi deus me⁹/de quo m̄ dulce ſp̱ erit loq̇ ſp̱ cogitare/ſemper gracias agere/vt ꝑ omnibus beneficijs ſuis poſſim eum laudare et amare Cum enim cunctis ſit preſidens/ſingulas res implens/vbiqꝫ pn̄s/cūctorum curā agēs et tam ſingulis q̄ꝫ omnibus ꝓuidens ita eum totū ad cuſtodiam meā occupatum video/quaſi oim̄ oblitus ſit/et michi ſoli intendere velit Sic enim ſe pn̄tem michi exhibet/ſemp̱ ſe p̱atū offert/ſi me p̱atū inuenerit/vt quocūqꝫ me vertero n̄ deſeret/niſi ego prius eū deſerā nec ꝓ̄ōnibus hijs qđ illi retribuam habeo/niſi tantū vt diligam Unde et bernardus O bone ihesu quociens poſt immenſas ꝛ innumerabiles lacrimas/quociens poſt varios ſingult⁹ et gemit⁹ me ſauciatū et iam pene deſp̱antem vnxiſti me vnctione miſericordie tue et quaſi pene deficientem excepiſti gaudentem/nec dereliqſti de venia preſumentē Sed ſuper hec omnia/michi te o bone ihesu amabilem nō immerito reddit calix paſſionis quē bibiſti/opus noſtre redemptionis quod ſuſcepiſti Hoc eſt enim qđ totū amorem meum vēdicat ſibi/hoc eſt qđ deuotionem meā blandius allicit/et iuſtius ſtringit/et vehemencius afficit Etenim vbi te humiliaſti/vbi te naturalibus radijs exuiſti/ibi caritas plus effulſit ꝛ grā ampli⁹ radiauit Hec bnard⁹ Adiuro vos inquit aīa in canticis filie ihel'm/

vt ſi inueneritis dilectum meum/nunciate ei quia amore lan-
gueo Bernardus non aperit anima quem diligit/ quia pñ-
tem omnibus credit/ Amo te domine et impaciẽs eſt amor
nec lacrimis ſedat̃/donec amori datur quod amatur/ nichil
eius meſticiam conſolatur/quouſqꝫ non ſuſcipitur quod de
ſideratur Sed nunquid o homo ille tenetur deum diligere
qui ſe gaudet talia/qualia ego commiſi/ minime cõmiſiſſe.

Neque vel amplius deum diligere debet qui nõ peccauit
ſicut ille qui eum mortaliter offendit et de virtute caritatis

Homo

O anima non te quiſq̃ irrideat ab eo egram ſanari/a quo ſi-
bi preſtitum eſt vt non egrotaret/ vel forſitan vt maiores la-
borescautius euitaret Et ideo deum tantũdem/ymmo re-
uera amplius diligat quia per quem te vidit tantis pecca-
torum languoribus exui/ per eum ſ videt tantis doloribus
non implicari Hec auguſtinus in li. cõfeſſ. Item iheroni-
mꝰ Sine amore caritatis quãuis quiſqꝫ recte credat/ ad be-
atitudinem tamen ꝑuenire nõ poteſt/ quia tanta eſt carita-
tis virtus/vt et prophecia et martirium ſine illa nichil cre-
dantur eſſe/nullum enim premium caritati compenſatur/ca-
ritas namqꝫ omniũ virtutũ optinet principatum/ Auguſti-
nus Da michi te deus meus/ redde te michi amo te et ſi pa-
rum eſt amẽ validius/non poſſum metiri quãtũ deſit michi
amoris tui/vt currat vita mea in amplexus tuos/ nec auer-
tatur donec abſcondatur in abſcondito vultus tui/hoc tamẽ
ſcio ꝙ male michi eſt preter te/et omnis copia que deꝰ meꝰ
non eſt/michi egeſtas eſt Anima Nunc igitur o
homo quia pro omnibus hijs dilectorem meum vt dixiſti
diligere debeo/queſo quãtũ aut quomodo ipſum diligam/
quatenus ſibi viciſſitudinem tante dilectionis rependam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 B 39

De modo diligendi deum Domo

O anima ſecundum bernardum quāuis cauſa diligendi de
um deus ſit/modus vero diligendi eum/ eſt ſine modo dili-
gere/poſſumus tamē modum aliqualem ex ipſis ſacre ſcrip
ture locis inueſtigare Ipſe enim qui tibi dilectionem tri-
buit/modum diligendi oſtendit/ quando ait diliges domi-
num deum tuum ex toto corde tuo / ex tota anima tua / ⁊ ex
tota fortitudine tua/ Dilige ergo o anima amore ſingulari
deum patrem / qui te tam nobiliter ex nichilo formauit. De
um filium qui te tam ineſtimabiliter pro te moriendo refor
mauit, deum ſpiritum ſanctum qui te tam miſericorditer et
tam dulciter ſepius conſolando a peccato preſeruauit / ⁊ in
bono confortauit. Dilige ergo deum patrem fortiter / vt nl'-
lo alieno amore periculoſe vincaris,/ deum filium dilige ſa-
pienter vt nullo alieno amore doloſe ſeducaris,/ dilige deū
ſpiritum ſanctum dulciter vt nullo alieno amore vicioſe in-
ficiaris Vel aliter ſecundum bernardum

Qualiter criſtus ſit diligendus

Diſce a criſto o anima criſtiana quemadmodum debeas
diligere criſtum/dilige dulciter/prudenter et fortiter / dulci
ter vt amore illius omnis amor alius tibi vileſcat /et ipē ſit
ſolus tibi mel in ore / melos in aure / iubilus in corde /dilige
prudenter vt amor tuus in eo ſolo ⁊ in nullo alio continue in
ardeſcat / dilige fortiter vt tua fragilitas omnia dura et aſ-
pera gaudenter pro ipſo ſuſtineat / vt dicas labor meus vix
eſt vnius hore /et ſi amplius eſt vix ſenſio pre amore Unde
et iheronimus Ita criſtianus in criſtum per amorem iugi-
ter intendat/vt omnia dura ꝓpter ipſum libenter ſuſtineat
donec ad ipſum libenter perueniat O anima ſꝑ in mente tu
a pertracta / q̄ dulciter criſtus te dilexit in incarnacione/

ꝙ prudenter in conuerſacione/ꝙ fortiter in paſſione / nulla dilectio maior/nulla caritas ſincerior / nullus amor fortior/ ꝙ ꝗ mortuꝰ eſt ꝓ te innocẽs/nichil in te qđ amaret inueniẽs Hec hugo ∴ Anima ∴ Queſo dico hõ ſalua reuerẽcia/non ex curioſitate/ſed ex humilitate/nõ ex p̃ſumptione ſed pocius ex deuotione interrogo/ Quid eſt qđ amo cum deum meum amo

Quid ſit deum amare ∴ Homo ∴

O aĩa ſi q̃ſtio tua eẽt p̃ſũptouſa nimis eẽt vicioſa / Sʒ qꝛ ex deuotione orit̃ /deuotã reſpõſionẽ meret̃ / Audi ergo qđ dicit ille magnus dei amator Auguſtinus Cum deum inquit amo/non amo ſpeciem aut decus / non tempus non candorem lucis/iſtis amicum oculis/non dulces melodias nõ vnguenta ſuauiter redolencia non mãna/non mella/non membra carnis amplexibus acceptabilia / non hec amo cũ deum meum amo/ Sed quid amo Amo lucem ꝙdam/vocem ꝙdam/odorem quẽdam/quẽdam cibum/quẽdam amplexum hominis mei interioris / vbi fulget anime mee quod non capit locus/vbi ſonat ꝗ nõ capit tempꝰ/vbi redolet qđ nõ ſpargit flatus/ vbi ſapit qđ non minuit edacitas/vbi heret ꝗ nõ diuellet ſacietas ∴ Anima ∴ Dic queſo o homo vel paululum de virtute caritatis / qua cognita ad diligendum deum animus fortius inardeſcat

De virtute caritatis et amoris ∴ Homo ∴

Reuera o anima caritatis fructus magnus eſt ſed occultus Caritas enim ſecundum auguſtinum in aduerſitatibus tolerat/in proſperitatibus temperat/in paſſionibus fortis / in bonis operibus hilaris/in temptatione tutiſſima / in hoſpi-

talitate liberaliſſima/inter veros fratres letiſſima/inter fal-
ſos pacientiſſima Ipſa eſt inter opprobria ſecura/inter odi
a benefica/inter iras placida/inter inſidias innocens/i iniq
tate gemens/in veritate reſpirans/Bernardus O felix a-
mor ex quo oritur ſtrennuitas morum/puritas affectuum/
ſublimitas intellectuum/ſanctitas deſideriorum/claritas o
perum/fecunditas virtutum/dignitas meritorum/ſublimi-
tas premiorum O dulcedo amoris/et amor dulcedinis/co
medat te cor meum/ꝛ nectare tuo repleantur viſcera anime
mee Idem O anima mea ꝗ̄ dulcis eſt cibus caritatis/qui
feſſos alleuiat/debiles corroborat/meſtos letificat/iugum
namqꝫ veritatis facit ſuaue/et onus eius leue Fateor do-
mine/non ſuſtineo pondus diei et eſtus/ſed iugum ſuaue et
onus leue porto/Opus enim meum vix eſt vnius hore/et ſi
plus eſt non ſencio pre amore/Et quid plura Tanta eſt vis
amoris/vt talem te neceſſe eſt eſſe/quale eſt illud qđ amas
et cui per affectum coniungeris/in ipſius ſimilitudinem/ip-
ſa quodāmodo ſocietate transformaris dilectionis

Anima iam optime inſtructa humiliter petit ſibi impar
tiri caritatis donū dicens. Anima

Iam video qm̄ miſer eſt omnis animus/vinctus amicicia/
rebus temporalibus/que cum labore acquiruntur/cum ti-
more poſſidentur/cum dolore amittuntur/Sed beatus eſt
qui amat te domine/et inimicum propter te/amicum in te
Solus enim nullum carum amittit/cui in te omnes cari ſūt
te vero nemo amittit/niſi qui te dimittit/Qui aūt te dimit-
tit quo vadit/niſi a te placido ad te iratum Ancelmꝰ O ca-
ritas q̄ ſꝑ ardes/et nūq̄ extingueris Caritas deꝰ meꝰ accē-
de me/da qđ iubes/et iube qđ vis Iube certe vt contineā a
cōcupiſcencia carnis/a cōcupiſcencia oculoꝝ/ꝛ ābitione ſe-

culi Auguſtinus Minus te domine amat/qui aliquid te
cum amat/quod propter te non amat/ O homo amemꝰ criſ
tum ⁊ eius ſꝑ inherere q̄ramꝰ ā̄plexibus/ ⁊ facile videbitur
ō̄ne difficile ¶ Homo ¶ O anima iam vt video recognoſ-
cis ꝙ̄ felix et ꝙ̄ beatus eſt qui in ſolo eternitatis deſiderio/
per amorem figitur/quia nec proſperitate extollitur/nec ad
uerſitate quaſſatur/et dum nichil habet in mundo quod di
ligat/nichil eſt in mundo quod ꝑtimeſcat Hec gregorius

¶ Explicit prima pars huius libri que eſt de anima vide-
licet qualiter creata ſit per naturam deformata per culpam
et reformata per graciam ¶ Incipit pars ſecunda que eſt
de mundana opulencia mundana excellencia et mundana
magnificencia Hic eſt radius quinte contemplacionis in
qua homo hortatur animam contemplacionis radium. ad
hunc mundum conuertere et ꝙ̄ vana ſint omnia mundana
diligenter conſiderare dicens.

¶ Homo ¶

Conuerte o anima iam radium contemplatio-
nis ad ea que ſunt iuxta te/hoc eſt ad iſtum mun
dum ſenſibilem/vt ipſum et ea que in ipſo ſū̄t deſ
picias/et eo deſpecto/ā̄plius in amore criſti ſpō̄-
ſi tui inardeſcas/minus enim eum amas/ſi aliquid cum eo
appetis/quod propter ipſum et in ipſo non diligis/ Tanto
enim ſecundum gregorium quis ab illo ſupno amore diſiū̄-
gitur/quanto inferius delcā̄tur/ Et cicius ad deum cō̄uer-
titur/qui non habet in hoc ſeculo vbi delectatur Et ſecun-
dum eundem gregorium Tā̄to quis ab infimo amore diſiū̄
gitur/ꝙ̄to ad ſola eterna amanda ſubleuatur/ Cetera ergo
creatura tibi vileſcat Hec auguſtinus Volue igitur et re-
uolue non tantū̄ ex auditis/ſed eciam ex expertis non tan-
tum ex dictis/ſed eciam ex factis ꝙ̄ inſtabilis ſit mū̄dana
opulencia/ꝙ̄ mutabilis mundana excellencia/ꝙ̄ falſa et in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 B 39

ſtabilis mundana gloria Omne enim quod hic eminet/ml
to plus merore afficitur q̄ honore gaudet Unde bernar-
dus Ecce huius mundi amatores/nūdinas huius ſeculi ꝑ
ambulant/alij diuicias/alij honores/alij gloriam querētes/
Sed quid de diuicijs dicam/ que cū labore acquirunt̄/cū ti
more poſſidentur / cū dolore amittuntur Quid de honore
referam . In loco ſublimi poſitus nunquid non eris iudi-
candus ab omnibus/lacerandus ab omnibus/ Nunquid
in honore ſine dolore/in prelacione ſine tribulatione/in ſub
limitate ſine vanitate / quis eſſe poterit Quid de gloria.
Nichil aliud eſt q̄ quedā vana aurium inflacio/nunquid ⁊
ipſa eſt ſine iudicio Reſpice quos antecedis/et cogita quia
hominibus inuidie ſemina p̄bes/Tociens angelo apoſtate
ſimilis eſſe volo/quociens preeſſe deſidero Hec bernardꝰ
Unde ⁊ iheronimus Nichil itaqꝫ rebus ſeculi ſeculo qꝫ fu
gatius/quas cum tenere cupimꝰ/amittimꝰ/Vidiſti imꝑato
res/vidiſti prefectos/vidiſti exercitus/victorias/et trium-
phos/heri fuerunt/hodie non ſunt/Heri quaſi flos apparu
erūt/hodie quaſi fenum aruerunt/ nichil igitur bonum eſt
niſi qd̉ ꝑpetuum eſt/ Anima : O homo ſi hec ita ſe ha/
bent quid eſt qd̉ miſeri homines querunt/dū mundi vanita
tem deſiderant/ O q̄tū obcecati ſunt/qui mundi gloriam
querunt : Homo : Nōnulli dum quorumdam gloriam
cernunt/magnum aliquid eſtimant/atqꝫ vt talia mereantur
exoptant/Cum vero eos morientes aſpiciunt/q̄ vana ſitte
orum gloria/cum gemitu fatentur et dicunt/ Ecce q̄ vana
ſunt omnia/et quia nichil eſt homo Hec gregorius

Hic ammonetur anima ad mentem.reducere huius mūdi
amatores qui fuerunt et modo non ſunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 B 39

O anima cariſſima quid ſunt mundana oīa / niſi quedā va-
na ſompnia / Et quid ꝓfuit ſuperbia / aut diuiciarum iactā
cia / amatoribus ſuis / Tranſierunt omnia tamꝙ̄ vmbra / et
tamꝙ̄ nauis / que p̄tranſit fluctuantem aquā / cuius non eſt
inuenire veſtigium / In malignitate enim ſua / heu ꝙ̄ pluri
mi cōſumpti ſunt / et nullum virtutis ſignum reliquerunt /
Ubi ſunt principes gencium / et qui dominati ſunt beſtijs q̄
ſunt ſuper terram / Qui argentum thezaurizauerūt / ⁊ auꝝ
congregauerunt / qui ciuitates et caſtra extruxerunt / reges
et regna bellando deuicerunt / vbi ſapiens / vbi ſcriba / vbi in
quiſitor huius ſeculi / Ubi ſalomon ſapientiſſimus / Ubi a-
lexander potentiſſimus / Ubi ſampſon fortiſſimus / Ubi
abſalon ſpecioſiſſimus / Ubi aſſuerus glorioſiſſimus / Ubi
ceſares potentiſſimi / Ubi reges et principes incliti / Quid
ꝓfuit eis inanis gloria / breuis leticia / mundi potencia / mag
na familia / carnis voluptas / diuiciarum facultas / cōcupiſcē
ciarum ſuauitas / Ubi riſus / vbi leticia / vbi iactancia / vbi ar
rogancia / Ecce generoſitas ſanguinis / pulchritudo corpis /
elegans forma / iuuenilis decor / preclara palacia / immenſa
ſuppellex / adde et mūdi ſapiam de mundo ſunt hec omnia
et mundus quod ſuum eſt diligit / et cum mundo nō diu ſub
ſiſtunt /

Hic hortatur eam omnia vana deſerere et vnum verum ſū
mum bonum querere et illi ſedulo adherere.

Tu ergo ſi recte ſapis / ſi tecum lumen oculorum eſt / deſine
ſequi quod conſequi miſerum eſt / que poſſeſſa onerant / a-
mata inquinant et amiſſa cruciant / Tu ergo relinque hec ō
nia propter illum qui eſt ſuper omnia / fuge ergo et confuge
o anima ad vrbem refugij / hoc eſt ad vitam religioſam / vbi
poſſis de preteritis agere penitenciam / et in preſenti obti-

nere graciam / et feliciter preſtolari futuram gloriam Nec
te retardet peccatorum conſciā / quia vbi habundauit ini-
quitas / ſuperhabundare conſueuit et gracia. Non peni-
tencie auſteritas ipſa deterreat / non enim condigne ſūt paſ
ſiones huius temporis ad preteritam culpam que remitti-
tur / ad preſentem graciam que immittitur / et ad futuram
gloriam que promittitur Anima Iam falſitatem
et inſtabilitatem mundi agnoſco / ſed neſcio quo vinculo de
tenta adhuc auertere mentem nequeo Homo
O anima ſi diligenter et prudenter tuum periculum quod
de mundo incurris aduerteres / proculdubio tuum animū
a ſeculi vanitatibus cohiberes Grauis enim et nimis pe
riculoſa eſt mundana conuerſacio / Quia ſecundum ber-
nardum caſtitas periclitatur in delicijs / humilitas in diui-
cijs / pietas in negocijs / veritas in multiloquio / caritas
in hoc neq̃ ſeculo Criſoſtomus O anima debilis et infir
ma que tam facilis es ad decipiendum / tam prona ad cadē
dum / tam difficilis ad ſurgendum / an ignoras ꝙ ſicut diffi
cile eſt arborem iuxta viam poſitam / fructus pulcherrimos
vſqꝫ ad maturitatem producere / ſic difficile eſt hominem
iuxta ſeculum viuentem / iuſticiam immaculatam vſqꝫ in fi-
nem conſeruare Item auguſtinus

Hic inſtruitur anima de miſeria humana bene conſideran
da

Vincula huius mundi veram habent aſperitatem / io-
cunditatem falſam / certum dolorem / incertam voluptatem
durum laborem / timidam quietem / plenam miſeriam / nullā
beatitudinem / et in fine omnium inanem ſpem / O anima ſi
hec in mente portares / mundum et ea q̃ in mundo ſūt con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 B 39

tempneres / Et quid eſt kariſſima quod diligis / quid ē qđ appetis / quid eſt quod in mundo queris

De prelacione fugienda

Si prelationem queris / quid aliud facis niſi qđ vitam tuā confundas / An ignoras / ꝙ monſtruoſa res eſt gradus ſū‑mus et animus infim⁹ ſedes prima / et vita ima / lingua mag‑niloqua / et manus ocioſa / ſermo multus / et fructus null⁹ / vultus grauis / et actus leuis / ingens auctoritas / et nutans ſtabilitas Hec bernardus Sed forte dicis ꝑlacionē qui‑dem appeto / ſed in ipſa bene et ſancte viuere intendo Q. đ dicis laudo / ſed raro qđ laudare valeam inuenio / vn̄ ſemꝑ timeo / qđ dicit beatus gregori⁹ in regiſtro Ita ſibi regēciū et ſubditorum merita cōnectuntur / vt ſepe ex culpa ꝑſiden‑cium / fiat deterior vita ſubditorū / et ſepe ex merito plebiū delinquat vita paſtorum

De humana ſapiencia ſpnenda

Si vero ſapienciam mundi queris / o quanto ꝑiculo te cō‑mittis Unde bernard⁹ / heu quot et quātos mundi male‑dicta ſapia ſupplantauit / et cōceptū diuinum in eis ſpm̄ ex‑tinxit / quē vehemenci⁹ dn̄s accendi voluit An ignoras ꝙ mū‑di ſapia ſcđm iacobū apoſtolū terrena eſt / animalis et dya‑bolica / inimica ſalutis / ſuffocatrix vite et mater cupidita‑tis Aug⁹ Qui ſine ſaluatore ſalutē vult querere / et ſine vera ſapiencia eſtimat prudentem fieri poſſe / non ſanus ſed eger eſt / non prudens ſed ſtultus / in egritudine aſſidue labora‑bit. Qui enim creſcit in ſciencia / et non creſcit in bona vita elongatur a deo Tu ergo ſi ſapiens eſſe deſideras / diſce ſa‑pienciā in terris que tecū ꝑſeueret in celis / Unde et ihero‑nimus Hic ſtudeas qualiter ad ipſum ꝑuenias / quē ſemel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 B 39

vidiſſe eſt omnia didiciſſe / hec eſt illa eterna veritas / ſine q̄
omne ſapere deſipe eſt / quā ſolum noſſe perfecte ſcire eſt /
Auguſtinus Infelix homo qui ſcis omnia alia / te autē neſ
cis Beatus aūt qui te domine ſcit / et ſi alia neſciat Si aūt
te et alia nouit non propter illa beatior / ſed ſolum propter te
beatus

De diuicijs et delicijs contempnendis

Sed forte diuicias mundiales / pompas ſeculares / et deli-
cias carnales / o anima diligis / et ideo mundum inuite dere
linquis Sed attende q̄ꝫ caduca fragilia et q̄ꝫ breuia ſūt hec
omnia / dic michi vbi reges / vbi principes / vbi ōniū predic-
torum dilectores / Timeo qꝫ multi ex ipſis heu exterminati
ſunt / et ad inferos deſcenderunt / Quid autem nunc ꝓdeſt
eis ſuꝑbia / quid diuiciarum iactancia Gregorius Nec di-
uiti obſunt opes ſi eis bene vtatur / nec pauꝑem egeſtas cō-
mendabiliorem facit / ſi inter inopiam ſordes peccati nō ca
ueat

De parentibus et carnalibus amicis ꝓpter xp̄m relinquē-dis

Sed adhuc anima inuenis qđ obicis dicens / Mundū deſ
picio / ſed amicos et cognatos derelinquere non valeo / fri-
uola o anima hec eſt obiectio Unde bernardus Fidel' ſer-
mo et omni acceptione dignus. Et ſi impiū eſt contempne
re patrem ⁊ matrem / tamen ꝓpter criſtum contempnere pi
iſſimum eſt Nam qui dixit honora patrem et matrem ipſe
eciam dixit qui amat patrem et matrem plus q̄ꝫ me non eſt
me dignus O dirum patrem / o ſeuam matrem / o ꝑntes cru-
deles et impios / ymmo non ꝑntes ſed ꝑemptores qui te ma
lunt perire cum eis / q̄ꝫ regnare ſine eis / Item iheronimus
Licet paruulus ex collo nepos pendeat / licet ſparſo crine ⁊
ſciſſis veſtibus vbera quibus te nutrierat mater oſtendat /
licet in limine pater iaceat / cōtempta matre / ꝑge calcato prē /

et ſiccis oculis cōuola ad vexillū crucis/ Solum pietatis ge
nus eſt in hac re fuiſſe crudelē Veniet poſtea dies/ quo vic
tor reuertaris in patriam/ quo iheroſolimam celeſtem vir-
fortis coronatus incedas/ Nūc municipatū cū paulo capies
tunc et parentibus tuis eiuſdem ciuitatis ius petes. Itē Cri-
ſoſtomus An ignoras o anima ꝙ qui ibi nō hꝫ patrem et ma-
trem et omnē amicum hꝫ/ Quid ſequeris mortuos/ ſeque-
re viuum/ et dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos

Anima : Iam ex verbis tuis o homo ppendo/ et ex mul-
tis experimētis agnoſco/ ꝙ iam mūdus in ſeipſo aruit/ ſed ad-
huc in multoꝝ cordibus heu floreſcit/ Amaritudines mūdi
diligunt/ fugientē ſequuntur/ labentem/ amplectūtur/ Dic
rogo que tante cecitatis racio

Cur reprobi diligunt terrena electi vero eterna : Homo :

O anima ignoras ꝙ tam delicata et tam nobilis es a ſponſo
tuo oīm auctore cōdita/ ꝙ ſine dilectione eſſe nō potes vnde
iheronimus difficile eſt humanā aīam non amare/ neceſſe e
nim eſt vt mens noſtra ad quoſcūqꝫ trahatur affectus Vñ
eciam ſecundum bernardum opꝫ ꝙ aut ī ſūmis aut ī infimis
delcēmur Igitur ſecundum gregoriū Quia ſūt nonnulli/
qui vitā ſuam negligunt/ dū tranſitoria appetunt/ et eterna
non intelligunt/ vel intellecta contempnūt/ dolorem non ſen
ciunt/ dū vulnerati exiſtunt Unde heu miſeri nūc in bonis
eſſe ſe putant/ exilium quaſi patriā diligunt/ et in cecitate q̈ſi
in luminis claritate exultant Econtra electorum mētes dū
cuncta tranſitoria quaſi nulla conſpiciūt/ ad quid ſunt condi
ti requirunt Cumqꝫ eoꝝ affectui nichil extra deum ſuffici-
at/ in ſola contemplacione conditoris requieſcunt. Sup
nis intereſſe ciuibus appetunt/ ⁊ adhuc ī mundo poſiti extra
mūdū ſurgūt Idē ſup ezechielē Dulcedo videt̄ in reb⁹ hu-
manis/ ſed eis qui de celeſtibus nullā dulcedinē expti ſunt/

quia dū mens humana minꝰ eterna intelligit/tāto dulciꝰ in tꝑalibus requieſcit/ſed ſi quis iam cordis lingua guſtauerit que ſit illa dulcedo celeſtium p̄miorum/ huic/ q̄nto dulcius fit qḋ intus videt/tantomagis in amaritudinem vertit̄ omne qḋ foris ſuſtinet Anima Ne queſo o homo ꝓcraſtines michi aliqua de mundano et celeſti gaudio ediſcere/ q̄tinꝰ vtriuſqꝫ natura ꝑfectius cognita/vnū veriꝰ deſpiciam/et ad alterū aſſequēdū ſtudioſiꝰ me extendā/puto eñ ꝙ ſicut bonū non amatur niſi cognoſcatur/ ita malum non deuitatur niſi intelligatur

O Anima kma/modica ſunt hec q̄ audiſti ymmo i cōparacione quaſi nulla ſunt que mente pcepiſti S3 parꝑ oculos mētales erige ⁊ quāta ſint gaudia que de hijs pcipies q̄ iuxta te ſunt deuota mente frequenter volue et reuolue Attende ergo et conſidera locum ſpacioſū quē tibi diuina ſapiēcia edificauit/attende ⁊ victū delicioſū ornatū curioſum theſaurꝫ precioſum quē tibi eterna potencia congregauit Attende eciā collegiū famoſum cū quo de diuina clemencia mēs tua eternaliter exultabit Un̄ bnard⁹ O aīa attende q̄ glorioſa q̄ famoſa q̄ gaudioſa eſt illa domus dei ciuitas celeſtis māſio ſecura patria continens totum quod delectat Attende q̄ clara q̄ luminoſa et q̄ ſplendida eſt ciuitas illa/que non indiget ſole neq3 luna vt luceant in ea S3 ipſe deus ſol iuſticie candor lucis eterne lux eius eſt ⁊ lucer

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 B 39

na eius agnus O anima attende/ꝙ alta et ꝙ ſpacioſa ꝙ pul
chra et ſpecioſa/ꝙ decora et formoſa/eſt ciuitas illa quā or-
nat per ſeipſam trinitas beatiſſima O ꝙ glorioſa/dicta ſunt
de te ciuitas dei O yſrael ꝙ magna eſt domus dei/⁊ ingens
locus poſſeſſionis eius O anima mea illic contemplare tab
nacula patriarcharū et prophetaꝝ/ habitacula apoſtolorū
et matrirū/cenacula cōfeſſoꝝ et virginum/palaciū celeſtiū
ſpirituū/thronū illū beatiſſime trinitatis ſplendidiſſimū O
anima mea hic licet ſis corpore/illic eſto mente Tranſuola
omnia/ſcrutare omnia/viſita omnia/ingredere cuncta ꝑ or-
dinē oſtia/quouſqꝫ ꝑuenias ad ſummi regis palacia/illic ſit
mens tua hic ſit interim et requies tua Auguſtinus O ani-
ma in illa ſancta ciuitate libenter ſtudeas morari/libenter
cōuerſari/quia ibi eſt vita ſine morte/iuuentꝰ ſine ſenectute
lux ſine tenebris/pax īperturbabilis Sedebit enim popu-
lus in tabernaculis fiducie/et in requie opulenta dicit do-
minus Secūdo attende victum delicioſum ornatum curio
ſum et theſaurū precioſum Et quis ibi noſter cibus niſi ag
nus ille beatiſſimus ille mundus et īmaculatus ihesus dei
patris et marie virginis filius De quo ſanctis ſpiritibꝰ mi-
niſtrabuntur ad omnē ſufficienciā fercula nobiliſſima/nobi
lia quidem de ipſius candidiſſima humanitate/ſed nobiliſ-
ſima de ipſius ſuꝑbeatiſſima diuinitate Tu ergo o anima ī-
gredere ad cogitandū diuinitatem/egredere ad bibendum
humanitatem/et paſcua inuenies ad omnem ſufficienciā et
ſacietatem O ꝙ beati ſunt qui ad cenā nupciaꝝ agni vocati
ſunt Ibi eciā beata vita in ſuo fonte bibitur/vnde huic hu-
mane vite ad deguſtandū aliqn̄ aſpergitur vnde in tempta-
cionibꝰ fortiter iuſte temꝑanter et prudenter viuatur Ibi
ſemꝑ adeſt ſitis et ſacietas/ſ miro quoqꝫ mō longe aberit a
ſiti neceſſitas/lōge a ſacietate faſtidiū Inebriabūt enim ab
vbtate domꝰ dei et torrente voluptatis ſue potabit eos do-
minꝰ ſcdm ꝓphetā Ela Et qn̄ hec Homo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 B 39

Eſtimo q̄ nō prius/niſi quādo ille pincerna delicioſus/illi
us ſūmi regis filius/ſplendor paterne glorie/candor lucis e-
terne/figura diuine ſubſtancie/ſpeculū ſine macula claritatꝭ
deifice/in quē deſiderant omnes illi celeſtes ſpiritus proſpi
cere/qn̄ talis et tantus precinget ſe/et faciet illos diſcūbere
et pſonaliter tranſiēs miniſtrabit eis O anima mea/hec de
uota mente pertracta quantū gaudiū tunc illi beati ſpūs ſuſ
cipient ex tā ſtupenda dignitate miniſtrantis ex tam miran
da caritate cuiuſlibet ſodalis cōuiuantis ex ferculoꝝ delici
oſa opulencia ex miniſtroꝝ numeroſa frequencia ex muſico
rum inſtrumentoꝝ et aliorū pſallencium et cantanciū ⁊ lau-
danciū regem glorie deum dei filium dulciſſima reſonācia
In hoc celeſti magno ſtupēdoqꝫ cōuiuio/audies āgelos iu
bilantes/virgines chorizantes/apl'os pſallentes/martires
tripudiātes/ꝯfeſſores laudātes/patriarchas ⁊ ꝓphetas io
cūdantes/oēsqꝫ ſcōs et electos dei vnanimiter prēm et filiū
et ſpiritū ſanctū collaudātes/et vna voce dicētes Sanctus
ſcūs ſanctꝰ ⁊c plena ē omnis terra gloria eius O q̄ꝑ gl'oſum ē
regnū in quo cū xp̄o gaudēt oēs ſancti amicti ſtolis albis/et
ſequūtur agnū quo ierit O anima quō poterit ibi eſſe aliqꝰ
boni carencia cū tam varia ſit ibi exultandi materia Tunc
enim apientur ei oēs theſauri regni eterni/vbi ſūt oēs diui-
cie/oēs delicie abſcondite/et dabūtur a prē eterno vnicuiqꝫ
varia et precioſa munera/ſcōm ſua merita Sꝫ adhuc nō ſuf
ficiunt iſta Attende tercio iuxta te omniū ſanctoꝝ collegi
um qd̄ ad beatitudinis tue cumulū diuina clemēcia aggre-
gauit/qꝛ nullius boni ſine ſocio iocūda eſt poſſeſſio/ſicut di
cit ſeneca vide ergo que lingua aut quis intellectus capere
ſufficit illius ſupne ciuitatis quanta ſint gaudia angelorum
choris intereſſe cum beatiſſimis ſpiritibus gl'e conditoris
ſemper aſſiſtere ⁊ ab illorum ſocietate beatiſſima nūq̄ꝑ diſce
dere/ſꝫ cōtinue cū ipis et de ipſoꝝ gaudio imꝑpetuū exulta-
re Vn̄ ancelmus Ibi enim a ſingulis oēs/ibi ab omnibꝰ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 B 39

ſinguli cognoſcũtur nec queꝗ̃ latebit q̃ patria qua gente q̃
ſtirpe quis conditus ſit Itẽ gregorius Boni bonos in reg
no/et mali malos in ſupplicio agnoſcũt In qua videliʒ cog
nicione vtriuſqʒ partis tumul⁹ retribucionis excreſcit vt et
boni ampli⁹ gaudeãt qui ſecũ eos letari conſpiciunt quos a
mauerũt Et mali dũ cũ eis torquent̃ quos in hoc ſeculo deſ
pecto deo dilexerunt eos nõ ſolum ſua/ſ; eciã eoꝝ pena con
ſumat Fit aũt in electis quoddã mirabilius/qꝛ non ſolum
eos quos in hoc mundo nouerunt agnoſcũt/ſed velut viſos
et cognitos recognoſcũt bonos/quos nunꝗ̃ viderunt/nã cũ
antiquos patres in illa eterna hereditate viderint eis ĩcog
niti ꝑ viſionẽ non erũt quos in opꝫ ſemper nouerunt Quia
enim illic omnes cõmuni claritate deũ conſpiciunt/quid eſt
qḋ ibi neſciant vbi ſcientem omnia ſciunt Hec gregorius
Ibi enĩ erit tã btã et tam ꝑfecta caritas iuſtoꝝ vt vnuſqſqʒ
quis diliget ꝓximũ q̃ntum ſeipm Ex quo illud ineſtimabi
le ſequit̃ bonũ ꝙ ibi vnuſquiſqʒ ita de alteri⁹ gaudebit gau-
dio/ſicut de ꝓprio merito/ꝓinde cũ inenarrabilis ſit nume
rus elcõꝝ/quiſputas narrare ſufficit gaudiũ beatoꝝ Hec ei
gaudia in fine epl'e ad euſtochiũ beatus iheronimus deſcri
bẽs ait /Egredere q̃ſo o aĩa pauliſꝑ de papilione corꝑis vt
in oſtio ſtans videas gloriã dei/pertranſi et preſentis labo-
ris ante oculos pinge mercedem Qualis erit tibi illa dies
cũ maria mater dñi tibi occurrit/choris comitata v̓ginũ cũ
eciã ipe ſpõſus tibi cũ oĩbus angelis ſcis occurret dicẽs/ſur
ge veni ꝓpera amica mea/formoſa mea/colũba mea/iã eni
hyemps trãſijt/ymber abijt/et receſſit Tũc angl'i ãmirabũt
de tua gl'a dicentes Que ẽ iſta que aſcẽdit de deſto delicijs
affluens/innixa ſuꝑ dilectũ ſuũ Videbũt te filie ſyon et lau-
dabũt te Tunc centũ q̃draginta q̃tuor milia in conſpcũ thro
ni et ſeniorũ tenebũt cytharas/ ⁊ cantabũt canticum nouum
tunc ſecura in amplexus ſponſi euolabis cum iubilo dicens
Inueni quẽ diligit aĩa mea/tenui eum nec dimittam Hec

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 B 39

iheronim⁹ Tunc ſeptem filij illi⁹ magni iob/qui eſt magn⁹
ſup omnes qui morātur in illa beata orientaliū regione/ faci
ent cōuiuia ſinguli Bibe nūc et accūbe cū iocūditate/ q₂ in-
ueniſti grām corā ſūmo principe Et tu reſpōdebis cū gau-
dio dicens Bibam et hilarior fiam/quia magnificata ē ho
die anima mea p̄ omnib⁹ diebus vite mee O vere inaudita
magnificencia/o leta et iocūda excellencia/qualis in hoc mū
dō eſt audita Puto q̄ oīs hui⁹ mundi pompa in cōparacione
illius/vix eſſet modica gutta . Anima. O homo iā diu ta
cui/ſatis ſilui q₂ que ꝓpoſuiſti/cū delectacione et āmiracio
ne nimia audiui Sed ne queſo ꝑtranſeas/quin ſpecialius ⁊
ꝑfecti⁹ michi aliq̄ de hoc celeſtiū ſpirituū cōuiuio exponas
q₂ iā prius aliquid de hoc tetigiſti/ſed nimis cito ꝑtranſiſti

Item de eodem . . . . Homo .

O Anima mallem iter₂ qd̄ petis ſub ſilentio pertran-
ſire/q̄ vel modicum de hoc celeſti ſecreto miſterio/
ore polluto conferre/vel eciā mente concipe/q₂ qui adhuc
mundialibus et ſupuacuis rebus heu ſepius implicor/qui
adhuc heu ſiliquis porcor₂ cū ceteris mundanis paſcor de
tam familiaribus diuinor₂ ſpirituū oꝑacionib⁹/loqui eru-
beſco nimiū et cōfundor Quia tn̄ pijs votis tuis cōtraire
nō valeo/ꝓponā breuiter q̄ aliquādo ſpū inſtigante licet in
dign⁹ mente ꝑtracto Quāuis enim in illa celeſti aula/vbi
plenitudo omnis boni in omnib⁹ eſt ꝑfecta/q̄uis ibi ꝓ dif-
ferencia meritorū quedā data ſint excellenter/nichil tn̄ ibi
ex ineſtimabilis diuine pietatis imenſitate ſcd̄m gregoriū
poſſidetur ſingulariter Omnia eni ſūt oībus comunia/ꝓp-
ter eū qui in omnib⁹ eſt oīa Ibi eni virgo gaudebit de ſanc
te viduitatis merito/ Ibi vidua exultabit de caſte virginita
tis priuilegio Ibi cōfeſſor de martir₂ iocūdabitur triūpho
Ibi martir tripudiabit de cōfeſſor₂ brauio Ibi ꝓpha lau

dabit de patriarcharũ pia conuerſacione / Ibi patriarcha exultabit de ꝓphetarũ fide et ſpeculacione Ibi angeli et a poſtoli gaudebũt de merito omniũ inferioꝝ Ibi omnes in feriores letabũtur de gloria et corona omniũ ſcõꝝ ſuperioꝝ Ex illis eciã ſancte ⁊ perfecte caritatis merito atqꝫ vinculo fiet vt vnuſquiſqꝫ habiturus ſit in alio qḋ non habet in meri to ꝓprio Vñ et auguſtin⁹ Quoniã deus caritas eſt/per ca ritatem fiet/vt qḋ habent ſinguli/cõmune ſit omnibus Sic enim vnuſquiſqꝫ eciã ipẽ habet cũ amat in altero qḋ in ſe nõ habet Nõ erit itaqꝫ aliqua inuidia imparis claritatis /qm̃ regnabit in omnibus vnitas caritatis Anima O homo nec adhuc iſta ſufficiũt mentem meam quietare Vñ queſo ne ꝑtrãſeas michi aliquid de dicto cõuiuio/niſi ſingillatim et diſtincte explicare O anima noſti bene/ꝙ balbuciendo vt poſſim⁹/excelſa dei reſonamus/nec mirũ/quia cum ſum⁹ inydonei ad intelligendum/quomodo poſſum⁹ eſſe ſufficiẽ tes ad loquendũ/cũ illa ſupcæleſtia q̄ ſapientib⁹ oculis cõ templantur/veri⁹ ſint quã intelligãt et veri⁹ intelligũt quã vocibus exprimãtur Ne tñ te diuci⁹ ꝓtrabam audi quid ymaginatur intellect⁹/licet adhuc modicũ deguſtet affect⁹/ puto ꝙ illi ſeptem filij de quibus ſup̃ meõrauimus/ſũt oẽs ſancti et electi dei ſpũs altiſſimi patris heredes et filij Hij cõuiuia vnuſquiſqꝫ in die ſuo faciũt qñ ſeinuicẽ ſuis celeſti b⁹ gaudijs paſcũt In quib⁹ de meritis ſuis ſinguli iux̄ da tã ſibi gloriã fercula deliciosiſſima ꝓpinãt Primo ergo di c primogenit⁹ hic ẽ ille celeſtiũ angeloꝝ numer⁹/q nõ ime rito noĩe primogeniti cenſent̃ qꝛ priores ſũt creatione et cõ uerſione ad deũ/a quo nunꝙ receſſerũt ꝑ pccm̃ ſ3 ſemꝑ in no bili caritate ſũmo patri adheſerũt et illam beatã heredita tẽ celeſtis regni oib⁹ priores feliciter poſſederũt Iſti tibi o aĩa in ſuo cõuiuio diuerſa fercula delicioſa ⁊ p̃cioſa ꝓpinãt cũ vnuſquiſqꝫ ordo de eo excellenci⁹ ꝓut recepit in munere gaudia ſpũalia admiſtrat Iã cogita o aĩa quale tibi fercu

hō

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 B 39

lū ꝓpināt illi ſūmi ſpiritꝰ ſeraphin ordinis/ qui adeo vicini
illi eterno patri ſūt ꝙ inter hunc et ipõs nulli alij ſpūs inter
ſunt q ip̄m immediaciꝰ contemplantur ⁊ ſuis bonis eternis
ꝑfectius ꝑfruūtur Quale putas hij ꝓpināt gaudiū de natu
re ſue nobilitate/q̄le de cōtemplacionis claritate/q̄le de di-
lectionis ſinceritate Hij ergo ſeraphin iſtud cōuiuiū ordi-
nāt ardore diuine caritatis/cherubin ſplendore eterne cla-
ritatis/throni equitate diuine maieſtatis Hoc eciā cōuiui-
um ornant et glorificāt dn̄ationes de dominādi ſuper alios
excellencia/principatus de p̄cipiendi inferioribus magnifi
cencia/ptātes de auctoritate malignos ſpūs cohercendi/Hͦ
eciā conuiuium honorificant virtutes de ptāte miracula fa
ciendi/archāgeli de dignitate ſuperiora nunciandi/angeli
de agilitate miōra diuine ſciencie ſecreta reuelādi Ecce vi-
des qualiter ſinguli mentes beatoꝝ celeſtibus gaudijs paſ
cunt de hijs que ab illa ſupceleſti aula ſpecialius in munere
receperunt Nec mirandū ꝙ hec predicta et multa alia nob
adhuc occulciora illi ſpiritus in noſtrū gaudium nobis ꝓpi
nāt qui tā fideliter tā dulciter tāq̃ amicabiliter in hac lacri-
maꝝ valle nos cuſtodiūt et nos ad illā eterne dulcedinis be
atitudinis q̃ requiē ꝑducere totis viribus cōcupiſcūt Vn̄
bernardꝰ O ſi quis agnoſceret quēadmodū p̄ueniunt prin-
cipes cōiuncti pſallentibꝰ in medio iuuēculaꝝ tympaniſtri-
arū/videret vtiq̃ qua cura/quo ve tripudio/interſunt cantā
tibus/aſſunt orantibus/inſunt meditantibus/ſuperſunt q-
eſcentibꝰ/pſunt ꝓcurantibꝰ O aīa ieiuna et famelica/ſi vel
vnā micā que cadit de mēſa dn̄oꝝ in hoc cōuiuio apto men
tis ore ſūpſiſſes puto ꝙ hāc ꝑegrinacionē extūc ipaciēter to
lerares puto ſi vnā guttā de vino potꝰ eiꝰ deguſtaſſes huiꝰ
ſcl'i dulcedinē faſtidires Vn̄ ⁊ gregoriꝰ Si cor ſel' i celeſtibꝰ
p deguſtacionē figit̃/mox q̄ abiecta ſint cernitur que prius
alta videbātur O anima mea dilcā de cōuiuio patriarchaꝝ
ꝓphetaꝝ apl'oꝝ martirū cōfeſſoꝝ et v̄ginum qui per alios

ſex filios nō imerito ꝑfigurantur/quid dicā Quilibet enim
hoꝝ tot in conuiuio ſuo ꝓponit fercula/quot habuit in vita
virtutū opa/ Et quis enarrare ſufficiat quantū gaudiū que
libꝫ anima ſuſcipiat/de ſcōꝝ patriarchaꝝ humilitate ꝑfectiſ
ſima/de ꝓphetaꝝ credulitate certiſſima/de apſorum carita
te ardentiſſima/et martirū ſtabilitate et paciencia/de cōfeſ
ſorū pietate et clemencia/de virginū caſtitate et cōtinencia/
Reuera vox ⁊ lingua deficit/quia intellect⁹ cape nō ſufficit
qūtū ſit gaudiū angeloꝝ choris intereſſe/cū btiſſimis ſpiri-
tibus glorie cōditoris aſſiſtere/pn̄tem dei vultū cernere/in
circūſcriptū lumē videre/nullo metu mortis affici/incorrup
tionis munere ꝑpetue letari O aia ꝙ felix erit tibi hec di-
es/cū fueris ad hereditatē patrū tuoꝝ reuerſa/et qn̄ ab hijs
omnib⁹ cū ineſtimabili gaudio fueris aſſumpta/et ad thala
mū ſūmi regis feliciter introducta Jam nūc expgiſcere o a-
nima mea/et cū illa famoſa regina ſaba/cū aromatib⁹ virtu-
tū/cū theſauris bonoꝝ operū/cū magno apparatu celeſtiū
deſiderioꝝ/ aſcende in illā iheruſalem ſupnam/et cōtem-
plare diligēter ſingula/et vide ꝙ veritas vincit famā/gloria
exupat omnē loquelam/ſi forte poſſis ex āmiratiōis magni
tudine extra humanū ſpiritū rapi/ et miro quodā modo in
diuinum ſpiritū tranſformari/vt dicere incipias cū petro/in
magno cordis iubilo Domine/bonū eſt nos hic eſſe/hocē
in hac patria hic pater/hic ſoror/hic frater/O domine pmit
te nos hic eſſe/et ab hinc nūꝙ diſcedere Ambroſius Fu-
giamus o anima in patriam beatiſſimā/quia illic eſt patria
ad quā conditi ſumus/pater a quo creati ſumus/manſio ſe-
cura/iheruſalem ciuitas ſupna/que eſt mater noſtra Item
Ancelmus O anima tantus debet eſſe in hac mortali vita
amor et deſiderium perueniendi ad illud/ad quod facta es
et dolor quia ibi nondum es/et timor ne forte non ꝑuenias/
vt nullam leticiam ſentire debeas/niſi de hijs que tibi aut
auxilium aut ſpem conferunt perueniendi Anima O

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 B 39

Homo dũ hec aliqñ cogito dũ hec tanta mente mecũ ꝑtrac
to quid ẽ qḋ tunc interlucet michi et ꝑcutit coꝛ meũ ſine leſi-
one et inhoꝛreſco ac inardeſco intromittoꝛ enĩ mentaliter a-
liqñ in affectũ multum inuſitatũ et neſcio quã dulcedinem
ſentio que ſi ꝑficeret̃ i me/neſcio quid eritq; vita illa nõ erit
ſed adhuc miſera et infelix recidiuo nõ volens oneroſis põ
derib⁹ et reſoꝛbeoꝛ ſolitis curis Hic eſſe cogoꝛ nõ volens/
illic eſſe vellem nec valens Hec auguſtinus Homo
O anima puto q; hec celeſtia ſine prelibacõe diuine dulce-
dinis nõ poſſunt a digne diſpoſitis cogitari Sed neſcio qd
tunc erit cũ ꝑfecte in re enigmate poterũt deguſtari/vñ non
eſt mirandũ ſi pꝛelibatio taliũ tibi incutit hui⁹ exilij tedium
qꝛ nichil eſt tã amarum qui poſtq̃ aĩa cõſueuit taliũ pꝛeguſ
tacione cõſolari ſi rurſum incepit mũdialibus ⁊ tranſitoꝛijs
implicari Hinc eſt q; anima laboꝛat luctatur et anxiatur/il-
lic ſemꝑ eſſe cupit nec ſufficit hic eſſe cõpellitur ꝟ illic poſt ꝟ
qḋ pꝛeguſtatum eſt aſcendere conatur Iã enĩ guſtato ſpiri
tu deſipit oĩs caro Item de eodem
VIdiſti iã o aĩa mea gaudium btõꝛum de hijs que i
fra te/et de hijs que ſũt iuxta te/vide nunc ſi potes
quale gaudiũ futurũ ſit de hijsque ſũt intra te Ho
mo enim remunerabit̃ in coꝛꝑe et in mente et iſtoꝝ eterna
et inſeꝑa bili vnione Coꝛpus enĩ nrm̃ ex quatuoꝛ elementis
eſt cõpoſitũ/vñ quatuoꝛ dotib⁹ ẽ remunerandũ Terra tũc
habebit eternã imoꝛtalitatẽ/aqua oĩmodã impaſſibilitatẽ/
aer maximã agilitatẽ/et ignis ſplendidiſſimã claritatẽ Tũc
fulgebunt iuſti ſicut ſol ⁊ tamq̃ ſintille in arũdineto diſcur
rent Abſterget enĩ deus omnẽ lacrimã ab oculis eoꝛũ et iã
non erit ãplius neq; luctus neq; clamoꝛ neq; doloꝛ erit vl-
tra ſed ſempiterna pax et leticia/in ſempiterna patria coꝛda
btõꝛum ſibi inuicem et claritate lucent et puritate tranſlu-
cent/ibi enim vniuſcuiuſq; vultus aſpicitur et conſciã pene-
tratur/ibi vniuſcuiuſq; mentẽ ab a lteri⁹ oculis coꝛpulencia

non abſcondit eciã vbicūqʒ voluerit animꝰ ſtatim aderit et corpus Anſ et auguſtinꝰ Sicut enim tūc animus ꝑfectiſſime obediet creatori/ita et corpꝰ ꝑfectiſſime obtemperabit motori Tam potentē tunc deꝰ faciet animā vt ex beatitudine pleniſſima redundabit in corpꝰ Ex qua redundācia habebit vigorē ipaſſibilitatis/ſplendorem claritatis/aptitudinem ſubtilitatis/et ꝓmptitudinē agilitatis Ibi enim erunt oēs ſenſus in actibus ſuis Ibi oculus videbit decorē ſplendidiſſimū/guſtus ſentiet ſaporē dulciſſimū/olfactus odorabit odorem ſuauiſſimū/tactus āplexabitur obiectū delicioſiſſimū/auditꝰ imutabitur ꝑ ſonū iocūdiſſimū Ibi enim in exultacione mens rapit̄ et lingua in canticū laudis leuatur Anima O homo audiui iādudū mirabilia ⁊ cū vera ſint hec omnia/quid aliud eſt hec pn̄s vita niſi quedam mortis vmbra Homo Reuera o anima bn̄ dixiſti/qꝛ tꝑalis vita/eterne vite cōꝑata mors ē pocius dicenda ꝙ vita Ipe enim cotidianꝰ defectus noſtre corrupciōs/quid eſt aliud ꝙ quedā ꝓlixitas mortis Ergo ſancti viri/q vite huiꝰ breuitatē indeſinenter aſpiciūt/quaſi cotidie morientes viuūt/et iō ſollicití ad vitā ſupnā ſe ꝑparāt/qꝛ omnia nichil eſſe ex fine ſemꝑ penſant Sʒ carnales mentes ideo pn̄cia diligūt/qꝛ vita carnis ꝙ fugitiua ſit/minime ꝑpendunt/nā ſi velocitatē tn̄ſitus eiꝰ aſpicerent/hanc eciā proſperitatem ꝓculdubio minime amarent Hec gregoriꝰ Itē auguſtinꝰ Recedat ergo o anima mea/amor vite p̄ſentis/⁊ accedat amor vite aduenientis/vbi nulla aduerſitas turbat/nulla neceſſitas anguſtat/nulla moleſtia inquietat/ſʒ ꝑhennis leticia regnat Idem Eleua iā mentis oculos et conſidera/qn̄ta ſit felicitas futuri corꝑis/vbi nullū erit malū/nullū latebit bonū/vacabitur dei laudibꝰ/qui erit oīa in omnibꝰ Ibi nulla deſidia ceſſabit̄/nulla indigēcia laborabit̄ Ibi eſſe noſtrū nō habebit mortē/noſſe noſtrū nō habebit errorē/et amare noſtrū non habebit offenſionē Ibi aberit omnis tarditas omnis cor-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 B 39

ruptio omnis deformitas et omnis infirmitas Ibi celum
nouũ et terra noua/ibi ſimiles erimus angelis dei/et ſi non
etate certe felicitate O anima mea illã vitam ãplecti debue
ras/vbi vita ſine morte/iuuentus ſine ſenectute/gaudiũ ſine
triſticia/pax ſñ diſcordia/volũtas ſine ĩiuria/lux ſine tñbris
regnũ exps cõmutacõis Ibi inq̃ꝙ quitquã volueris erit/et
quitqd nolueris nõ erit Scdo cõſidera o aĩa mea q̃ꝙtũ gau-
debit animꝰ tuꝰ cũ reſũpſerit tale corpꝰ quale iã ingẽti gau
dio audiſti/nõ tale quale cũ ingenti dolore ſuſtinuiſti/et cũ
magno certamine deuiciſti/de quo ſepius tibimet timẽs et
ĩpaciens pacienter/et iraſcens clementer dixiſti Quis me
liberabit de corꝑe mortis huiꝰ/nõ certe tale/ſed iã ꝑfecte o
bediens et ſpũale/tale inq̃ꝙ qd̓ erit tibi in cõtemplacionis ſo
laciũ/et in eterne felicitatis augmentũ · Anima · Mira
ri ſuper omnibus hijs non ſufficio/et pre magnitudine ad-
miracionis deficio/vnũ tamen ſcire deſidero/qualiter mẽs
que in pñti vita a dei contemplacione ꝑ corpꝰ deprimit̃ illic
ꝑ ipſum in contemplacione adiuuetur · Homo · O aĩa
ſcrupuloſa ẽ hec q̃ſtio/ſꝫ qꝛ magis eſt curioſa q̃ꝙ deuota/bre-
uis erit rñſio Aĩa enĩ tũc virtute diuina aliũ habebit modũ
intelligendi/q̃ꝙ in hac vita/nec mirãdũ ſi pro loco ⁊ tempore
mutat ordinẽ et modũ agendi creature/qui eſt fabricator et
auctor vniuerſalis nature In rebus enĩ mutabilibus/tota
racio facti eſt potencia facientis Certũ eſt enĩ ꝙ ipã aĩa nũ
q̃ꝙ reſũpcionẽ corꝑis appeteret ſi reſũptũ eciã q̃ꝙ tũcũqꝫ glo-
ſũ/diuinam cõtemplacõez ĩpediret Nã ſcdõꝫ augꝰ. ſniãꝫ ĩpe a
nime ſcẽ deſiderãt corꝑis reſũpcõez/et exſpectãt iteratã ĩpi
us vnionẽ qꝛ ĩpaꝝ ſñ eo nõ p̃t cõſũmari felicitas nec̃ ſaciari
iocũditas/iõ ei vehement̃ aĩa corpꝰ deſiderat/ꝙ eciã aliqua
liter ĩpiꝰ contẽplacõez ĩpedit ⁊ retardat/vñ bernardꝰ O mi
ſera caro fetida et feda/vñ tibi hec glĩa ꝙ aĩe ſcẽ q̃s deꝰ inſig-
niuit ſua ymagine/ꝓprio redemit ſanguine te deſiderant te
exſpectãt et ĩpſaꝝ ſine te nõ poteſt cõſummari felicitas nec
ſaciari iocũditas Itẽ auguſtinꝰ Nũ anima hec corpꝰ non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 B 39

aiale ſed iam ſpũale recepit pfcm̃ ſue nature modũ h

Obediens et imperans ac viuificata viuificãs Tunc ineſti
mabili felicitate fiet vt ſit ei glorie qđ p̃rius fuit ſarcine atq;
ruine O anima mea cogita qualis tibi tũc erit gloria cũ idu-
ta fueris illa ſtola noua et ſplendida ornata omi lapide pre-
cioſo id ẽ corpore glorificato in quo tũc fulgebunt tot gẽme
p̃cioſiſſime quot ⁊ nũc ſunt virtutes in mente Tunc vt puto
cantabis cũ iubilo canticũ nouũ dño dicens Gaudens gau
debo in dño quia induit me veſtimento ſalutis et indumen
to leticie circũdedit me et tanq̃ ſponſam decorauit me coro
na Adhuc vide tercio et diligenter cõſidera ſi tantũ gaudi
um habitura ſis quaſi de alieno quantũ haurires de ꝓprio
Quis eni enarrare ſufficeret quãtum gaudiũ q̃ ſtupendã
gloriam q̃ incõprehenſibilem laudem et magnificenciã ha
bitura ſis a trinitate beatiſſima ⁊ ſãctoꝝ oĩm ſocietate feliciſ
ſima/ ꝓ eo ꝙ corpus tuũ ꝓprium tã viriliter ꝑ clipeũ caſtita
tis et cõtinencie ſupaſti/ ꝓ eo ꝙ mundũ tã potenter ꝑ gladi-
um pauptatis et indigencie debellaſti ꝓ eo ꝙ dyabolũ tam
fortiter ꝑ haſtam humilitatis et obediencie effugaſti ꝓ eo
ꝙ omnibus cogitacionibus omnibuſq; affectionibus et ſin
gulis inordinatis motib⁹ tuis tã viriliter reſtitiſti Aduer-
te eciã ſi potes q̃tã laudẽ habitura ſis ab hijs quos v̾bo et
exẽplo ad meliora ꝓuocaſti Et quid plura ꝓ ſingulis cogi
tacionibus locucõib⁹ et actionib⁹ virtuoſis ſpeãlem et eter
nã laudẽ ſuſcipies et illud qđ tibi in te defuerit illa celeſtis
et diuina btõꝝ ſocietas caritate mutua adimplebit q: vnuſ
quiſq; habebit ibi in ꝓximo qđ ſibi deficit in merito O aĩa
et hec cogita hec mente ꝑtracta cũ tibi pie viuenti inferunt
aduerſa Ad hec mente euola cũ p̃mit corp⁹ cũ fremit mun-
dus cũ inſidiatur dyabolus Ad hec recurre mentẽ tuã hijs
delinire q: id qđ in p̃nti eſt momẽtaneũ ⁊ leue tribulacõis
nrẽ ſup̃ modũ in ſublimitate eterne gl'e põd⁹ in nobis opat

Item de eodem

SEd q̃ꝛ reuera ſolũ ⁊ verũ gaudiũ ė qḋ nõ de creatu-
ra ſ̈ꝫ de creatoꝛe cõcipit̃ / cui ois compata aliũd e io-
cũditas meroꝛ ė / ois ſuauitas doloꝛ ė / et poſtremo
oė qḋ p̃t delcãre moleſtũ eſt ſcḋm bernardũ Igit̃ cõſulo te
o aīa / ꝙ iā ꝑ p̄miſſa tanq̃ excitata diſpoita et puto mutata /
ad tuũ actoꝛė te cõuertas / ⁊ q̄ntũ gaudiũ ab eo illi ſci ſpũs re-
cipient diligent̃ cõſideres et aduertas / q̃ꝛ oė gaudiũ tibi ꝓ-
poſitũ vel ė accñle vl' ſbãle Sbãle ė illud qḋ bti ſpũs de hijs
q̄ intra ipõs ſunt accipiũt / ⁊ ob hoc nõ ſufficit ſ̈ꝫ afficit Accñ-
le v̇o eſt qḋ de hijs que infra ⁊ ext̄ eos ſũt accipiũt qḋ qdem
reficit et nõ ꝑficit Hoc v̇o gaudiũ qḋ de ſupioꝛibꝰ hauriũt
ſolũ ſbãle vocat̃ / q̃ꝛ ꝑ hoc ſolũ affectus rõnalis creature ſaci-
atur Vñ hugo de ſcõ victoꝛe / ois iocũditas / ois ſuauitas /
õnis dulcedo rerũ creatarũ afficere coꝛ hũanũ p̃t / ſaciare ñ
p̃t Anima O homo dic queſo q̇le et q̄ntũ ſit iſtud gau-
diũ / q̃ꝛ h̄ ſolũ deſidero / hoc ė ꝙ p̄ omnibꝰ concupiſco / q̃ꝛ ſcio
ꝙ hec oia habent̃ ſine illo nõ ſolũ non ſufficiũt ſ̈ꝫ et animā
ieiunā et famelicā ⁊ miſerā derelinquũt Homo O aia
tu q̄ris quale et q̄ntũ ſit iſtud gaudiũ Interrogaui oiā inti-
ma mea et michi narrare nõ ſufficiũt Ancelmꝰ Si ſingula
que p̄dcā ſunt bona ſunt et iocũda / cogita intente q̄ntũ ſit il-
lud bonũ delcãbile qḋ cõtinet iocũditatė oim bonoꝝ in ſe / ñ
qualem in rebus creatis expti ſumus ſed tm̃ differens dif-
fert creatoꝛ a creatura / qui hijs bonis fruetur quitqd volet
erit et quitqd nõ volet nõ erit Vñ et ceſariꝰ Btām vitā fa-
ciliꝰ eſt cõſequi q̄ enarrare / cuiꝰ curſus ſine t̃mino / vſus ſine
faſtidio / refectio ſine cibo / ſub alternis perpetuiſq̃ꝫ gaudijs
ſemꝑ noua iocũditas / et ſine timoꝛe amittendi cõtinua feli-
citas / puto tamė ne diucius te ꝓtraham / ꝙ q̄uis ineffabile
ſit illud gaudium et ineſtimabile / eſtimo tamen ꝙ de tribus
proueniat / quo triplici gaudio illos beatos ſpiritus letificat
et delectat Gaudent enim delectabiliter in perfecta et cla-
riſſima diuine claritatis contemplacione / gaudent dulciter

in diuine bonitatis degustacione/gaudent ſempiternaliter
in tranquilla ⁊ ſecuriſſima diuine maieſtatis tuicione Scis
enim o anima ꝙ tribus viribus naturalibꝰ ꝑemines in tua
ſubſtancia/habes enī vim racionalē que nō ꝑfecte illumina
tur/niſi ꝑ prime veritatis aptam cognitionē/⁊ vim concupiſ
cibilem q̄ nō ſaciatur niſi ꝑ ſūme bonitatis ꝑfectā dilectionē
vim quoqꝫ iraſcibilē q̄ non quietatur niſi ꝑ eterne maieſtatꝭ
ſecurā apprehenſionē De hijs tribꝰ dicit ſcūs bernardus
Qui replet in bonis deſideriū tuū/ip̄e futurꝰ eſt rōni pleni
tudo lucis/volūtati multitudo pacis/memorie cōtinuacio
et̄nitatis/quare ergo triſtis es aīa mea/ac quare cōturbas
me/ſpera in deo qm̄ adhuc cōfitebor illi/cū oīs error a rōne
omnis dolor a volūtate/et a memoria oīs timor receſſerit/⁊
illa ſucceſſerit quā ſperamꝰ mira ſerenitas/pleā ſuauitas/⁊
eterna ſecuritas O aīa q̄ntū putes gaudent ⁊ letant̄/qui illō
eternitatis ſpeculū contemplantur/in quo omnia preterita
p̄ñcia et futura/que ſue beatitudini cōpetunt aptiſſime ſpe-
culantur/vn̄ ⁊ auguſtinꝰ/dū ad illam ſupnā lucē patris lumi
nū venerimꝰ/totū qd̓ in creaturis eſſe p̄t intelligimꝰ. Ité ā-
celmus Tunc iuſti ſcient cūcta/q̄ fecit deꝰ ſcienda/et quid ē
qd̓ neſcire poſſent/qui ſcientē oīa vident . Anima . O be
ata veritas/iā video ꝙ ſapere ſine te/deſipere ē/te vero noſ-
ſe proficere Fulgencius Sicut ꝑ ſpeculum vitreū trina no-
bis viſio demonſtratur/quia noſ ipōs ipſum ſpeculū et quit
quid p̄ñs eſt videmꝰ/ſic per ſpeculū diuine claritatis/ipſum
deū/et quitquid p̄ñs erit videbimꝰ/et noſ ipōs et creaturas
alias cognoſcemꝰ . Homo . O anima q̄ naturaliter ſcire
deſideras/hoc ſpeculū videre affecta/⁊ nullo ſtudere ⁊ lege
re deſidera/qꝛ hoc ſemel vidiſſe eſt oīa didiciſſe Ibi reuera
reputabit̄ ſtulticia plōnis theorica/ariſtotilis p̄hia/ypocra
tis ſcrutinia/tholomei/aſtrologia/qꝛ quitqd hic de verita-
te intelligimꝰ/minima pars eſt eoꝝ que ignoramꝰ Sꝫ tūc o a-
nima videbis/et afflues/et dilatabitur/et mirabit̄ cor tuum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 B 39

Anima · Quid videbo · Homo · Regē celi in decore
ſuo/vn̄ beda Splendor eterne glorie ē tāte pl'chritudinis
et tante ſuauitatis/tanteqꝫ dulcedinis/ꝙ eciā ipſi angeli qui
ſole ſunt incōꝑabiliter clariores/eo ſaciari nō pn̄t Tūc ergo
afflues delicijs/in ſtupēda diuine claritatis cognitione/mi-
rab'is in tuiipſius delicioſa cōſideracione/dilataberis in
omni creaturaꝝ ꝑfecta ſpeculacione O cōtēplacio ſtupēda
et ām̄irabilis O cōſideracio delicioſa ⁊ delcābilis O ſpecu
lacio gaudioſa et ineffabilis/o ꝙ̄ dignū eſt dictum de te dn̄e
deꝰ meus/melior eſt dies vna in atrijs tuis ſuꝑ milia Quia
ſcd̄m auguſtinū tanta ē pulchritudo ſuꝑne gl'e/tāta eſt iocū-
ditas lucis eterne/vt eciā ſi nō liceret āplius in ea delectari
ꝙ̄ vniꝰ dici hora/ꝓpter hoc ſolū innumerabiles vite huius
dies pleni delicijs et circūfluencia bonoꝝ tꝑalium recte me
ritoqꝫ deſpicerent Tā pulchra eni ⁊ ſuauis ē/vt ea viſa nich
il poſſit āpliꝰ deſiderari Oēm quippe vincit dulcedinē/oēm
qꝫ exuꝑat cōcupiſcenciā · Anima · Eſt ne aliquid aliud
cuiꝰ viſio delectat vel cuiꝰ contemplacio letificet

Item de eodem Homo

O aīa ꝙ̄ꝙ̄ hec ſola ſufficerent/ſi nulla alia adeſſent ſic
eſt tn̄ adhuc vna/vt de aliaꝝ oīm pene innumerabi
lium iocūda viſione taceā/que mirabiliter oīm ce-
leſtiū ſpirituū mētes letificat/et miro quodā mō/neſcio quo
ineſtimabili gaudio/oēm btām creaturā inebriat/videre ſcꝫ
illiꝰ celeſtis regine deificā claritatē/et ſue btiſſime ꝓlis glo-
rificatā huaitatē · Quis o aīa cogitare ſufficiat/ꝙ̄tū gau
diū generat/illā mrēm miſericordie/reginā pietatis et clemē
cie videre/iā nō recubantem cū ꝑuulo vagiente in preſepio/
cui oēs chori angeloꝝ famulant̄ Nec iā lacrimantē ac circu
euntem et q̄rentē cū lacrimis filiū cū ꝑdiderat cū triduo Sꝫ
eū nūc inſpicientē in ſempiterno gaudio/iā nō fugientē cum
eo in egiptū a facie herod'/qꝛ ipe aſcendit in celū et herodes
dn̄dit in infernū · Iā non turbatā erga ꝑlima/ꝙ̄ fecerūt filio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 B 39

ſuo impij iudei/qꝛ nūc omnia ſubiecta ſunt ei Certe non iā
eiulantē ac vociferantē et dicentem Quis michi det vt ego
moriar ꝓ te Fili mi/cū ſtaret ꝓpe vnigenitū in patibulo cru
cis pendentē et morientē Iā inꝙ nō recedentē/et lacrima-
bil'r lamentantē/cū ſibi daret̃ diſcipulꝰ ꝓ mgrō/ſuꝰ ꝓ dn̄o/
et q̄ſi alienꝰ ꝓ vnigenito ac dulciſſimo filio ſuo Sꝫ hāc quō
dā ꝓpt̃ nos tā miſerā/tot ꝛ tātis merorībꝰ ac doloribꝰ ple-
nā/iam nunc ineſtimabilit̃ ſupꝫ choros angeloꝝ et oēm crea
turā exaltatā et regnantē cū xp̄o bn̄dicto filio ſuo in ciuita-
tis ſupbenedicte palacio cantātem iubilantē et dicentē Te
nui illū nec dimittā venite ad me oēs qui laboratis et onera
ti eſtis et ego reficiā vos Et illud Tranſite ad me oēs qui
ꝯcupiſcitis me et a gn̄acionibꝰ meis adiplemini O aīa mea
mente deuota ꝑtracta/ꝙ ſit plenū oī iocūditate et ſuauitate
gaudiū/videre hoīem hoīs conditorē ꝛ feiāꝫ oīm cōditoris
genitricē/ibm̄ frēm nrm̄ quondā ꝑditū/abiectū et deſpectū
nūc inuentum nunc reuerſum nūc regnantē nunc omnibus
in eternū impantem O quis m̄ det te frēm meū ſugentē vba
matris mee/vt inueniā te foris/et deoſculer te labijs deuoti
onis āplecter te brachijs dilectionis/ꝛ iā nemo me decipiet
cū introduxero te in cubiculū cū dulcedine ſuauiſſime fruiti
onis Hāc viſionē deſiderabat deuotꝰ ille ancelmꝰ/in medi-
tacōnibus qn̄ dicebat O dulciſſime puer qn̄ te videbo/qn̄
an̄ faciē tuā apparebo/qn̄ ſaciaboꝛ pl'chritudine tua qn̄ vi-
debo vultū tuū deſiderabilē/in quā deſiderant angl'i ꝓſpi-
cere/ve aīe te nō amāti/te nō q̄renti/que ſi mūdū diligit/pec
catis ſuit nūꝙ̄ ē qeta/nūꝙ̄ ſecura Nichil q̄ſo ſine te m̄ place
at/nichil dl'ceſcat nichil ſpecioſū/nichil p̄ter te arrideat p̄ci
oſū/vileſcāt oīa p̄ter te qd̄ tibi ē aduerſū/m̄ ſit moleſtū/et tu
um bene placitū ſit meū indeficiens deſideriū Tedeat gau-
dere ſine te/delcēt gaudere tecū ꝛ flere O bone ihū ſitā dul
ce ē flere de te/ꝙ̄ dulce ē gaudere de te Hec āceImꝰ Aīa
O bō iā amore videndi dn̄m creatorē meū langueo ardore

cernendi ihesum fratrē meum et redemptorē deficio Iā de
ſiderio intuendi illam v̄ginem gl'oſam matrē creatoris mei
vulneratā ingemiſco O bone ihesu qn̄ videbo gaudiū meū
qđ deſidero O qn̄ apparebit gl'a mea quā eſurio O qn̄ ve-
niet cōſolator meꝰ quē expecto O qn̄ inebriabor ab vberta
te domꝰ eius ad quā ſuſpiro Iā grauis ē michi ad videndū
omnis creatura/qꝛ nimis incōꝑabiliter ſupeminet eius pul
chritudo/a quo ꝓceſſerūt hec omnia Homo O aīa
expecta cū paciā/vt creſcant tua deſideria/qꝛ ſcriptū eſt mo
dicū et nō videbitis me Anima O modicū longū et ni
mis ꝓlixū/qꝛ et ſi modica ſunt merita/magna tn̄ ſunt deſide
ria Homo O anima ſi longa et magna vident̄ tibi tua
deſideria/quibꝰ eſtuas ad eternā gloriā/et claritatē contem
plandam/qn̄to putas deſiderio eſtuare debeas ad eternā
bonitatē ꝑfcē diligendā/et ad ſūmam maieſtatē eternaliter
poſſidendā Si enim hec omnia ſūme non diligeres/quō de
viſione gauderes/et ſi bene videres et diligeres/⁊ tn̄ ſecura
mēte nō poſſideres/quō beata ꝑmaneres Auguſtinꝰ Ibi
vacabimꝰ et videbimꝰ/videbimus et amabimus/amabimꝰ
et habebimus Ipſe enim eſt finis deſiderioꝝ nr̄orum/qui
ſine fine videbitur/ſine faſtidio amabitur/ſine fatigacione i
eternū laudabitur/vna enim v̄tus ibi/et tota virtus ē amare
qđ videas/et ſūma felicitas eternaliter habere qđ amas Ibi
btā vita in ſuo fōte plene et ꝑfcē bibitur/vn̄ miro quodā mō
et delcābiliter ipreſſa ſitis ſil'atꝫ ſacietas alternat̄/ſed lōge
a ſiti necitas repellitur/longe a ſacietate faſtidiū amouetur
Hec auguſtinꝰ Sꝫ ne iā te o aīa mea diucius ꝓtrahā audi
quid de p̄dictis oībus celeſtibus gaudijs dicit ille deuotus
Ancelmꝰ Excita te inquit nūc aīa mea/et erige totū intel-
lcm̄ tuū/et q̄ntū potes cogita et attende/q̄ꝫ delcābile ſit illud
bonū·qđ cōtinet iocūditatē oīm bonoꝝ Si iocūda ē vita cre
ata/q̄ꝫ iocūda ē creatrix eēncia Si iocūda eſt ſalus facta/q̄ꝫ
iocūda ē ſalus que fecit oīa/ſi amabilis ē ſapiā de creaturis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 B 39

ꝙ delectabilis ē illa que eſt de rebus increatis Cur ergo ꝑ
mlt'a vagaris q̃rendo bona creata Ama vnū in quo ſūt oīa
Si delcāt pulchritudo/fulgebūt iuſti ſicut ſol/ſi lib̄tas aut
fortitudo ſimiles erūt angelis dei in celis Si lōga et ſalub̄s
vita/eſt ibi ſanitas eterna Si ſacietas et ebrietas/ſaciabūt̄
de gl'a dnī et inebriabūtur de vbertate domꝰ dei Si melo-
dia ibi canūt angeli Si ſocietas et amicicia ibi eſt btōꝝ ſoci
etas et oīm vna voluntas Si honores et diuicie gl'a et diui-
cie in domo eius Si ſecuritas et certitudo ibi oīm tempꝑm
eterna longitudo O cor hūanū cor indigens cor exꝑtū erūp
nas ymmo obrutū erūpnis ꝙtū gauderes ſi hijs oībus ha-
būdares Interroga intima tua ſi cape poſſint tm̄ gaudium
ſuū de tāta btitudine ſua/ſi hō de tanta btitudine vix capit
gaudiū ꝓpriū quō capax erit tantoꝝ gaudioꝝ quātus ē nu-
merus electoꝝ Ibi vnuſquiſqꝫ tm̄ diligit ꝓximū ſuū ꝙtum
ſeipm̄ et tm̄ de ſuo gaudio gaudet ꝙtū eū diligit Ita eciam
quiſqꝫ plus abſqꝫ eſtimacione de dei viſione ꝙ de ſua ⁊ oīm
electoꝝ gaudet felicitate/qꝛ ſicut deū toto corde tota anima
et tota mente diligit/ita ad plenitudinē illiꝰ gaudij totū cor
tota anima et tota mens nō ſufficit qꝛ tantū gaudebūt ꝙtū
amabūt et tm̄ amabūt ꝙtū videbūt Certe oculus nō vidit/
nec auris audiuit/nec in cor hoīs aſcendit/ꝙtū te amabūt et
cognoſcent oēs ſancti dei Oro deus meus cognoſcam te/a-
mē te/vt eternaliter gaudeā de te Et ſi non poſſum ad ple-
nū in hac vita/creſcat ſaltē hic noticia et amor/vt ibi ſit ple-
nū gaudiū hic ſit in ſpe/et ibi in re Dñe pater qꝛ ꝑ filiū tuū
hic cōſulis et iubes petere/⁊ promittis accipe/vt gaudium
noſtrū plenū ſit Peto dñe qꝛ ꝑ āmirabilem conſiliariū tuū
conſulis petere et ꝓmittis accipe vt gaudiū meū ſit plenum
Meditetur de hoc mens mea ſermocionetur os meū loq̄-
tur inde lingua mea Eſuriet aīā mea ſiciat caro mea donec
intrē in gaudiū dnī mei et dei mei qui eſt trinus et vnus be
nedictus in ſecula ſeculorum Amen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 B 39

Exhortacio ad animã pro beneficijs ſibi a deo collatis

NUnc benedic aĩa mea dñm/et oĩa que intra me ſũt
noĩ ſcõ eius Benedic aĩa mea dnõ et noli obliuiſci
oẽs retribuciones eius Qui ꝓpiciatᷓ oĩbus iniqui
tatibus tuis qui ſanat oẽs infirmitates tuas / Qui redimit
de interitu vitã tuã qui coronat te in miſeticordia et miſera-
cionibus Qui replet in bonis deſideriũ tuũ renouabitᷓ vt
aquile iuuent⁹ tua nõ ſcõm peccata noſtra fecit nobis neqȝ
ſcõm iniquitates noſtras retribuit nobis Q̃m ſcõm altitu-
dinem celi a terra corroborauit miſericordiã ſuã ſuꝑ timen-
tes ſe Quantũ diſtat ort⁹ ab occidente longe fecit a nobis
iniquitates nr̃as Igitᷓ lauda anima mea dñm/laudabo do
minũ ĩ vita mea pſallã deo meo q̃ꝺiu fuero Laudate do-
minũ oẽs gentes/laudate eũ oẽs populi Q̃m confirmata ẽ
ſuꝑ nos miſericordia eius/et veritas dñi manet in eternum
Gloria patri et filio et ſpũi ſãcto Sicut erat in principio ꝛc
Omnipotens et miſericors de⁹ ꝓ vniuerſis beneficijs tuis
michi pccõri indigno ſeruo tuo miſericorditer impẽſis ſit ti
bi laus ſit tibi gl'a ſit tibi grãꝝ actio honor virtus et fortitu-
do ptãs et imperiũ decus et iubilacio nũc et imꝑpetuũ Sȝ
qꝛ non eſt dnẽ ſpecioſa laus in ore pccõris/laudent benedi-
cant et glorificent vos celi terra mare et oĩa que in eis ſunt/
laudabilem gl'oſum benedcm̃ et ſuꝑexaltatum in ſecula ſe-
culorum A M E N

Tractatus ſancti bõuenture doctoris ſeraphici cardinalis
et ep̃i albanenſ de q̃tuor exercicijs ꝑ modũ dyalogi de cor-
pore et aĩa traditus in quo anima interrogat et homo inte-
rior reſpondet Finit feliciter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 B 39

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 B 39

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 B 39

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 B 39

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 B 39

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 B 39

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 B 39